fectos. hͦ ille. Et ſic patet pſ ꝑma ꝑnci
palis huiꝰ ſermonis.

¶ Pars ſecūda huiꝰ ſermōis. in q dēmō-
ſtratur ꝙ angeli cuſtodiētes nos ꝓpt̃
pctā nr̄a affligūtur.

SEcūdo ī iſto ſermōe demon-
ſtrandū ē ꝙ cauēdū ſit pctm̄
ꝓpt̃ qd angelos nos cuſtodi-
entes offendimꝰ ⁊ affligimus. Ait. n.
Ber. ī ſermone de angelis ſic. Si qn̄ ꝓ-
uocati angeli pctīs ⁊ negligentijs no-
ſtris indignos nos iudicauerīt p̄ntia
⁊ viſiōe ſua. ⁊ quoꝝ p̄ntia protegere
nos ⁊ ꝓpulſare poterat īimicū. ꝙ ſi tā

neceſſariā habem⁹ familiaritatē ange
lice dignatiōis cauenda eſt nobis eoꝝ
offenſa. Itē ait ibidē. In q̊uis diuerſo-
rio. in q̊uis āgulo reuerētiam exhibe
tuo augulo ne audeas eo pn̄te q̄d me
pn̄te nō auderes. Adſūt igit̄ tibi non
mō pn̄tes tecū ſ etiā ꝓ te adſūt ut ꝓte
gant. adſūt ut ꝓſint. H ille. Itē angel⁹
triſtat̄ qn̄ hō peccat mortalit̄ nō triſti
cia q̄ ē paſſio cauſata in volūtate q̄ eſt
afflictio q̄dā formalit̄. ſ triſtat̄ triſti-
cia q̄ accipit̄ ꝓ actu volūtat̄ q̄ ē nolle.
quo mō itelligit̄ illud Gen̄. 6°. de deo.
ꝙ vidēs deus malitiā hoīuꝫ tact⁹ ē do-
lore intrinſecus. Ibi. n. accipit̄ dolor ꝓ
q̄dā intenſo nolle. ⁊ tūc dicit̄ ꝙ angel⁹
cuſtodiens hoīem lꝫ habeat nolle ꝯ p-
ditionē hoīs quē cuſtodit. nō tn̄ habꝫ
paſſionē ⁊ triſticiā q̄ ſeq̄t̄ illud nolle ī
volūtate. Nec de damnatiōe triſtat̄ ut
dic penā. ⁊ ut triſticia accipit̄ ꝓ nolle.
q̄a ipſa ē a deo volita. ⁊ ipſi ſūme ſunt
ꝯformes diue volūtati. de cā tn̄ dam-
natiōis. s. de pctō triſtant̄ vtiqꝫ. ſ tri-
ſtari eſt in eorū nolle pctm̄ cōmitti. H
Petr⁹ aureoli in 2°. xi. diſ. q. i. Poſſūt
etiā dici triſtari ꝓpt̄ ꝑuationē gaudij.
q̄a gaudiū eſt angelis ſuꝑ vno pctōre
pniam agēte. Luc. 15°. Vn̄ Amb°. ſuꝑ
Bti īmaculati. ait. Gaudiū ē angelis
ſuꝑ vno pctōre. Merito gaudēt angeli
q̄a is q̄ errauit iā nō errat ut angeli iā
ſuū oblit⁹ ē errorem. H ille. Itē a ꝯtrio
ſenſu triſtant̄ de vno pctōre peccante
⁊ in pctō ꝑmanēte. Propterea Amb°.
ait ī epl'a q̄rta ad Orōtianū. An ipſos
q̄ꝫ angelos q̄ in iſti⁹ mūdi laboribꝫ di-
uerſa ſuſtinēt miſteria. ſicut ī Apoc.
legim⁹ Johis. nō ingemiſcere credim⁹
cū adhibent̄ penaꝝ ut excidioꝝ mini-
ſtri. qui habētes vitam beatā mallent
vtiqꝫ eā in illo ſuꝑiore trāq̄llitatis ſue

ſtatu currere q̄ꝫ noſtroꝝ pctōꝝ penis
vltricibꝫ intꝑpellari. Eteni q̄ gaudent
vni⁹ redēptiōe pctōris vtiqꝫ tantorū
pctōꝝ erūnis ingemiſcūt. Si igit̄ nec
celeſtes creature ⁊ ptāte ſuitutē cor-
ruptiōis ſuſtinent. ſ in ſpe ut ꝓ nobis
poſtea ⁊ nobiſcū letent̄. etiā nos paſ-
ſiones hui⁹ tpis future ſpe ⁊ expecta-
tiōe ſuſtinere ſolem⁹ glorie. H ille. Et
Aug⁹ ī li° ſoliloqoꝝ. ca°. 28°. ait. Quo-
tiēs bn̄ agim⁹ gaudēt angeli ⁊ triſtāt̄
demōes. quotiens v̊o a bono deuiam⁹
diabolū letificam⁹ ⁊ angelū ſuo gau-
dio defraudam⁹. Gaudiū. n. ē eis ſuꝑ
vno pctōre pniam agēte. Sed q̄d ſuꝑ
vno iam iuſto pniam deſerēte? q̄ſi di.
maior triſticia. Da g̊ paī eis ſꝑ gaudē
de nob̄ ut ⁊ tu ꝑ eos ſꝑ lauderis ī nob̄.
⁊ cū eis ī vnū ouile tuū adducamur.
⁊ ꝯfiteamur ſimul nōi ſcō tuo. H ille.
Iō deuot⁹ Ber. h cogitās in ſermōe de
angelis. ſic inq̄t. O quātā angelo debꝫ
hō vbicūqꝫ inferre reuerētiam. afferre
deuotionē. ⁊ ꝯferre fiduciam. ꝓ pn̄tia
reuerētiam. pro beniuolētia deuotio-
nem. pro cuſtodia fiduciam. Caute g̊
ambula vbi ſunt angeli ut cuſtodiāt
te ī oībus vijs tuis. H ille. Ecce g̊ quō
deteſtandū ē pctm̄ reſpectu angeloꝝ.
q̄a ipſos ꝯ nām ſuā affligit. Et ſic pa-
tet ps ſecūda hui⁹ ſermōis.

¶ Pars tertia hui⁹ ſermonis. ī q̄ oſten-
ditur ꝙ pctm̄ deteſtandū eſt. q̄a ſcōs
offendit.

TErtio in iſto ſermone oſten-
dendū ē ꝙ pctm̄ eſt etiā dete-
ſtabile reſpectu ſcōꝝ. q̄a ipos
offendit. Nam offendim⁹ ſcōs cū regē
eoꝝ ⁊ oīm offendimus. ⁊ eo mō q̄ di-
ximus de angelis affligim⁹. Vn̄ Eccl.

28°. dicit. Vir pctōr turbabit amicos s. ſcōs ⁊ angelos ſūmi regis. Item p pctm̄ ſci affligūt. qa pctōr a cōione ⁊ ſocietate ſcōꝝ ſe ſubtrahit. qui excōicatos eos iudicās. Vñ Eccl. 13°. ſcribitur. Non coicabit lupus cū agno. s. pctōr iuſto. aut q̄ coicatio hoī. s. ſcō ad canē s. pctōrē? P̄. pctōr ɔtrū ſe ſcis efficit p pctm̄ dū ɔtrie ptāti militat. iuxta illud Eccl. 33°. Sicut ɔ vitam mors. ſic ɔ iuſtū pctōr. Itē pctōr q̄tū in ipſo eſt p pctm̄ gloriā ſcōꝝ diminuit. q de ei⁹ gloria viſa gauderēt. contra quē dicit Eccl. 7°. Ne pecces ī multitudine ciuitatis. Credendū ē. n. q ſci in celo orēt p nobis. ⁊ multū orōnibꝫ ſuis auxilientur nobis. Vñ Ber. in q̇dā ſermone inqt. Tria ſūt q̄ in feſtiuitate ſcōꝝ vigilant ɔſiderare debemus. auxiliū ſci. exemplū eius. ɔfuſionē nr̄am. Auxiliū eius. qa q potens fuit in tra potentior eſt ī celis ad orandū p nobis. Debemus etiā attendē vitā ei⁹. qa q̄diu fuit in tris viā regiā tenuit. Debem⁹ etiā intueri ɔfuſionē nr̄am. quia ſilis nob fuit paſſibilis. q̄re nō debem⁹ credere īpoſſibile qn eadē opa facē poſſimus. h ille. Q ſi forte q̄ras. Quō ſcire poſſent ſci q nos ipſos orem⁹ ⁊ eiſ preces effūdamus? Reſpōdet ad h ſcdm̄ Ricar. in 4°. diſ. 45. q q̄uis aīe ſcōꝝ naturali cognitiōe nō cognoſcāt oīa q̄ ī hac vita agunt. ⁊ maxime interiores mot⁹ cordis. ī v̇bo tn̄ vidēt ea q̄ decet eos de nr̄is actibꝫ cogſcere. de q̄rū numero ſūt illi actus qbꝫ eos honoram⁹ orādo. Abſtineam⁹ g toto conatu fratres cariſſimi ab īiq̄tate mortalis pctī ⁊ tūc ſecuti orōnes corā deo p āgelos ⁊ ſcōs effūdam⁹: ut ſic in pn̄ti diuinam grām poſſidentes puenire poſſim⁹ ad illā celeſtē patriā vbi cū ſcis ⁊ angelis ſuis viuit ⁊ regnat glorioſus deus cū filio ⁊ ſpū ſcō ſuo trin⁹ ⁊ vn⁹ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Feria qnta poſt ſecundam dn̄icam de aduentu. q deteſtandū eſt pctm̄ rōne ſue ppꝛie ⁊ maligne conditiōis. tribꝫ ratiōibus Sermo. 12°.

Habūdetis in ſpe ⁊ v̇tute ſpūs ſci. Iteꝝ vbi ſ. Determinatis frēs cariſſimi duobꝫ reſpectibꝫ pncipalibꝫ qbꝫ ſūme deteſtādū ē pctm̄: āplectend⁹ ē ali⁹ q̄ nō minus abhominandū ē ⁊ fugiēdū. s. reſpectus ppe ac maligne ipſi⁹ rei cōditiōis. Nullā. n. aliā pōt aīa hr̄e defoꝛmitatē q̄ culpe maculā ⁊ turpitudinē De cui⁹ aīe pulchꝛitudine ⁊ defoꝛmitate loqt Amb°. 6° lib° exameron. ca°. 26°. di. Tibi attēde ⁊ teipſū ſcito. h ē nō q̄les lacertos habeas. non quātam coꝛpis foꝛtitudinē. nō quātas poſſeſſiōes. nō quātam potentiā: ſed q̄lem aīam ⁊ mētē vnde oīa ɔſilia pficiſcūt ad quā opationū tuaꝝ fructus refert. Illa. n. plena ſapie. plena pietatis atq; iuſticie. qm̄ oīs v̇tus a deo ē. cui dicit dn̄s. Ecce irl̄m ego pinxi muros tuos. Illa aīa a deo pingit que habet ī ſe virtutem gratiaꝝ renitentem ſplendoꝛe pietatis. Illa aīa bn̄ picta eſt in qua ē ſplendoꝛ gloꝛie ⁊ imago paterne ſubſtātie. Scdm̄ hanc imaginē Adā erat añ pctm̄. ſed vbi lapſus ē depoſuit celeſtis ⁊ ſūpſit terreſtris imaginis effigiem. Sed fugiam⁹ hāc imaginē que intrare ciuitatē dei nō poteſt. quia ſcriptum eſt. Dñe in ciuitate tua imaginem eoꝝ ad nihilum rediges. hec ille.

habūdetis ḡ in ſpe ⁊ virtute ſpūs ſcī que aīam decorat· abſtinētes a pecca-
to quod eſt tam pūerſe cōditionis ut
ipſi aīe tantū noceat quātū ſit poſſibi-
le excogitari· quapꝑ ſūme deteſtādū
eſt. Qđ ꝓbatur q̄tum ad pn̄s ſpectat
tribꝫ rationibꝫ.
p̊ rōne ſeruilis cōditionis.
2° rōne nāe īmutationis.
3° rōne cordis obdurationis.

¶ Pars prima hui⁹ ſermonis. in q̄ ꝓbat̄
ꝙ deteſtandū eſt peccatū reſpectu ſui
ipſi⁹ rōne ſeruilis cōditiōis.

PRimo igit̄ in iſto ſermōe de-
teſtādū ē pctm̄ rōne ſeruilis
conditionis. Scripſerūt bra-
gmani ut legit̄ in hiſtorijs Alexādro
dicentes. Tu hoſtes exteriores ſpolias
ut īteriores nutrias. Tu homines tue
ſubijcis ſeruituti ⁊ vitijs tuis interio-
ribus ſeruis. h ibi. Ecce ḡ ꝙ libertas q̄
tantū deſiderat̄· tātū eſtimatur· pctō
ſolo ꝑdit̄. Nō bn̄ ꝓ toto libertas ven-
ditur auro. Sed velis nolis· ꝑdes eā
pctō. Nā ſm Aug⁹. 19°. de ciui. dei. ca°.
15°. prima cā ſeruitutis pctm̄ eſt. hoc
idē determināt theologi in 2°. diſ. xliiij.
Q̄ ſi pctm̄ nō fuiſſet· nulla ī mūdo ſer
uitus eēt. Sꝫ attende. qa peior ſeruit⁹
ī mūdo nō reꝑit̄ q̄ꝫ ſeruit⁹ pcti. Joh. 8°.
Qui facit pctm̄ ſeru⁹ ē pcti. glo. i. dia-
boli. Alia glo. i. hit⁹ ex pctō relicti. Vn̄
ait Aug⁹ in 4°. de ciui. dei. ca°. 3°. In hac
ḡ ṫra regnū bonorū nō tam illis ꝑſtat̄
q̄ꝫ rebus humanis. Malorū v̊o regnū
magis regentibꝫ nocet q ſuas aīas va-
ſtant ſcelerꝝ maiori lnīa. his aūt q eis
ſeruiēdo ſubdūtur nō nocet niſi iniq-
tas ꝓpa. Nam iuſtis qcqd malorū ab
iniqs dn̄is irrogat̄· nō eſt pena crimi-
nis ſ v̊tutis examen. Proinde bonus
etiā ſi ſuit liber ē. Mal⁹ aūt etiā ſi re-
gnet ſeru⁹ ē. nec vni⁹ hoīs· ſ qđ gui⁹
ē tot dn̄orꝝ q̄t vitiorū. h ille. Propterea
interrogat⁹ Secūd⁹ phs. Quid ē libtas
hoīs? ait. Innocentia. ḡ a ↄ̄trio ſenſu. q̄
ē maior ſeruit⁹ niſi pctm̄ ⁊ ſeruire pec
cato ⁊ diabolo. Luc. 15°. Adheſit vni
ciuiū regiōis illi⁹. i. diabolo q regnat
in regiōe pcti. Ratio aūt horū ē. qa ut
2. Pet. 2°. ca°. dicit̄. A quo. n. qs ſuꝑa-
tus ē huius ⁊ ſeruus eſt. Et ad Ro. 6°.
Neſcitis qm̄ cui exhibetis vos ſeruos
ad obediēdū· ſerui eſtis ei⁹ cui obedi-
ſtis· ſiue pcti ad mortē· ſiue obeditio-
nis ad iuſticiā. Cū ḡ hō ſuꝑat⁹ fuerit
a diabolo· eius ſeru⁹ efficit̄· ita ꝙ ei ad
nutū obedit. Et ē ut ceru⁹ dict⁹· de q̊
dicunt nāles ꝙ exq̊ vincit̄ ab aliq̊ cer-
uo· ſꝑ poſtea q̄ñ dn̄m ſuū iudicās cuꝫ
occurrit ei caput inclinat. ⁊ cornua di
mittit ī ſignū ſubiectiōis ⁊ ſeruitutꝭ.
ita eꝯ°. eſſet ſi hō diabolū ſuꝑaret reſi-
ſtendo. Quapꝑ mouet̄ q̄ſtio a ſcīs
doc. Vtrꝝ diabolus ſuꝑ aliquo pctō ha
beat ptātem ligatā ut non poſſit vlte-
rius tēptare de illo. Qđ videt̄ eē verꝝ
ꝑ auctoritatē Adamantij· q ſuꝑ illud
Joſue. xi°. ca°. In tpe illo venit Joſue ⁊
interfecit ↄ̄c. ingt. Scī ↄtra iſtos intem-
ptatores pctōꝝ pugnātes ⁊ vincētes
minuūt exercitum demonuꝫ. ⁊ velut
plurimos equos interimūt. Sꝫ oppo
ſitū videtur ꝑ illud Aug⁹. q ſuꝑ illud
Judic. 3°. Dimiſit eos ut in ipſis expe-
riret̄ iſrl̄· ait. Patet cā q̄re Jhus non
deleuit gētes. i. demones ut eſſent ī q-
bus ꝓbarent̄. Cū ḡ ſint neceſſaria bel-
la· ut ibidē dicit̄· neceſſarie ſūt tēpta-
tiōes. Ad h̊ dicēdū ſm Alex. de ales
in ſecūda ꝑte ſūme ꝙ ꝑdicta auctori-
tas Adamātij ſic intelligenda eſt. s. ꝙ

non habetur ꝙ non poſſint demones
victi temptare. ſꝫ ꝙ non habeāt auda-
ciā tēptandi. ⁊ ſic intelligendo nō eſt
ꝯtriū illud qđ dicitur ī liᵒ Judicū. ⁊ qđ
ibi ait Augꝰ. nō dicit̃. n. determinate de
aliq̄ pctō. ſꝫ in gnē temptatiōes pctōꝝ
valent ad exercitiū iuſtorū. Alit̃ di-
cendū eſt ſm Ricar. nr̄m in 2ᵒ. diſ. 6.
q. vlt. ꝙ. s. diabolū vinci ab illo quem
temptat. dupliciť pōt intelligi. Unoᵒ
de victoria ita pfecta ꝙ deſperet ꝯ illū
hr̄e victoriā de illo vitio ⁊ oī alio. Et
qa diabolꝰ ſupbus eſt ⁊ horret vinci:
iō illū amplꝰ non tēptat. Et ſic intel-
ligit̃ illud dictū Adamātij. ⁊ ē q̄ſi ſile
dicto Origenis ibidē. s. Joſue. xiᵒ. qui
ait. Puto ſane qa ſcī repugnātes ad-
uerſus iſtos intēptatores ⁊ vincentes
minuāt exercitū demonū. ne vltra fas
ſit illi ſpūi q ab aliq̄ ſcō caſte ⁊ pudice
viuēdo victꝰ eſt. īpugnare iteꝝ alium
hoīem. que auctoritas ſic intelligēda
eſt ſm Ricar. ꝙ diabolꝰ ita plene victꝰ
ab aliq̄ ſcō ꝙ ſimpliciť deſperat de vic-
toria hn̄da ꝯtra eū. amplꝰ eū nō tem-
ptat niſi ꝯiecturet illū poſtea debilio-
rem ⁊ pniorē ad malū effectū. nec aliū
quē reputat ita firmū amplꝰ nō tem
ptat. Hinc Jac. 4ᵒ. dicit̃. Reſiſtite dia-
bolo. ⁊ fugiet a vobis. 2ᵒ mō pōt hr̄e
victoriā tēptatus a diabolo. ita ꝙ vin
cit nō plene ſed ſemiplene. non ꝓpter
hꝰ recedit ille tēptator ſꝫ iteꝝ tēptat eū
⁊ forte fortiꝰ. qa nō eſt de victoria de-
ſperatꝰ. ⁊ ſic habet ītelligi illud dictū
Gregꝰ. ī 24ᵒ. liᵒ moral. Hoſtis nr̄ adhꝰ ī
hac vita nos poſitos quāto magis re-
bellare ꝯſpicit. tanto amplꝰ expugna
re ꝯtendit. hꝰ ille. Si aūt arguit̃ ꝯtra
ꝑdicta. qa Job reſiſtebat diabolo pfec
te. ⁊ tn̄ ꝑ et 2ᵒ. caᵒ. ſui libri pluries fuit
tēptatus. vicit pluries diabolū. ⁊ plu-
ries tēptatus eſt ab eo. Ad hoc ait ipſe
ꝙ uel Job nō habuit illas plures tem-
ptatiōes ab eodē diabolo. uel ille dia-
bolus qn̄ erat victꝰ a Job in vno. ꝑſu-
meret volebat ipſū poſſe vincere ī alio.
vn̄ qn̄ in fortiſſima tēptatiōe quā ſibi
facere potuit victꝰ ē. ipſū amplꝰ non
tēptauit. hec ille Ricar. Ecce ḡ qa reſi
ſtendo vitijs liberamur a ſeruitute.
vicimꝰ diabolū cuiꝰ ptās eſt tanta ꝙ
nō eſt ptās ſup t̃ram q̄ cōparet̃ ei Job
41ᵒ. Eius audaciā debellamꝰ. ipſū con
fuſū a nobis effugamꝰ. Eꝯᵒ. autē pctō
ꝯſentiētes ⁊ in ipſo pmanentes. ſerui
eius efficimur. ſclaui venūdati. capti-
ui captiuitate peſſima. Propterea ait
Aurelꝰ Augꝰ in liᵒ de agone xp̄iano.
in pncipio. Multi aūt dicūt. quō poſ-
ſumus vincere diabolū quē nō vide-
mus. ſed habemꝰ magiſtꝝ q nobꝭ mon
ſtrare dignatus eſt quō īuiſibiles ho-
ſtes vincant̃. de illo dic aplꝰs. Expuēs
ſe carnem. principatus ⁊ ptātes expo-
liauit. fiducialiter triūphās in ſemet-
ipſo. Ibi. n. vincūtur īimici īuiſibiles
qn̄ vincimꝰ tēporaliū reꝝ cupiditates
Qn̄. n. dictū eſt diabolo: Terrā man-
ducabis. dictū eſt peccatori: terra es ⁊
in terram ibis. datus eſt ḡ ī cibū dia-
boli peccator. ne ſimꝰ terra. ſi nolumꝰ
manducari a ſerpente. Sicut. n. quod
manducamus in corpus noſtꝝ cōuer
timꝰ ut ipſe cibus corpus hꝰ efficiatur
qđ nos ſumꝰ. ſic malis moribus p ne-
quitiam ⁊ ſupbiam ⁊ impietatem hꝰ
quiſq; efficitur qđ diabolus eſt. hꝰ eſt
ſimilis eius ⁊ ſubijcitur ei ſicut nobis
ſubiectū eſt corpus noſtrū. ⁊ hꝰ eſt qđ
dicitur māducari a ſerpente. Quiſqꝫ
itaq; timet illum ignem qui paratus
eſt diabolo ⁊ angelis eius. det operam
triūphare de illo in ſemetipſo. Eos. n

qui foris nō oppugnāt intus vincim⁹ vincendo concupiſcētias p quas nob dominantur. Hⁱ ille. Audite ḡ peccatores qui pctō venūdati eſtis·nūquid cara ē vobis libertas? nūquid eam affectatis? Attēdite leges impales quō eam libertatē cōmendāt. Aperite aures·ponite in cordibus veſtris bonū libertatis·malū ſeruitutis. Iure nature omnes liberi naſcebantur·inqt lex cum nota erat manumiſſio·cum ſeruitus īcognita erat. ff. de iuſticia 7 iure. l. manumiſſiones. 7 Auten. quib; modis naturales effi. legi. coll. 5. cōſti. i. §. ſi qs vō. Libertas ineſtimabilis res eſt. Inſti. qbus de cau. manu· nō pnt. §. vlti. Eandem ſeruitutem ſceleris q̄ effectū puniri iura voluerūt. ff. ad legem iul. maieſtatis. l. quiſquis. 7. l. fi. Non pſtatur aliquid grati⁹ libertate. ff. de fidei cōmiſ. libertatibus. l. parū. Multa cōtra iuris rigorem ꝑ libertate introducta ſūt. ff. de fidei cōmiſ. libertatibus. l. grauatur. §. ſi qs. Precedentes dicunt ſupuenientem ſeruitutem non procul a morte differre·in Auten. de nup. §. ſi vō. Et ideo ſeruitutem mortalitati fere cōparamus. ff. de re. iuri. l. ſeruitutem. Placuit eñ q naſcitur liberū naſci. qa nō debet calamitas mr̄is ei nocere qui in vtero eſt. Inſti. de ingenuis. §. ſed ſi qs. Et ideo Iulius celſus·ait. Naturale eſt omnes hoīes ſtudio libertatis īcitari. 7 odiſſe conditiones ſeruitutis. Hⁱ ibi p oīa. O igitur ſerue nequā. O ſcelerate pctōr. O ſerue diaboli. O ſubdite 7 ſclaue īimici tui·q ſeruis libidini·qui delectaris i confuſione tua·q contra naturam factus es ſeruus cui⁹ dn̄s eſſe deberes·iuxta illam legem Inſti. de iure pſonarū. §. ſeruitus. Seruit⁹ aūt inqt eſt conſtitutio iuris gentiū qua quis dn̄io alieno cōtra nām ſubijcit. Tu es ille pdite nequā. qa oīa que facis nutu diaboli facis. qa quecūq; acqrit ſeruus·acquirit dn̄o ſuo·ita tu diabolo. Nam Inſti. de his qui ſūt ſui uel alieni iuris. §. p̄. dicitur. In poteſtate dominorū itaq; ſūt ſerui. 7 quodcūq; per ſeruū acqritur dn̄o acqritur. hec ibi. Quis puauit te tāto dono libertatis? qs conduxit ad tantam ſeruitutem? qs venūdauit te? qs te in manu diaboli captiuauit? Non pat̄·non mater·non dn̄s·non aliqua creatura·ſed ſolum peccatū mortale. Quod non ſolū verū eſt p dicta ſed etiā p auctoritatē Gōfredi i poetria. Liber ē vitijs q nō inſeruit humanis. Et Tullius i li° de paradoxis·dicit. Omnis ſapiēs liber·oīs ſtultus ſeru⁹. Cui libere īperabit q nō pōt ſuis cupiditatib; imperare? Quid eſt libertas poteſtas viuēdi ut velis? Quis aūt viuit ut vult? q recte viuit·q gaudet officio·q nec legibus qdem ꝑpt̄ metum paret·ſed eas ſeqt̄ 7 colit·q nihil facit uel cogitat uel dicit niſi libent̄ 7 libere. Solo igitur ſapienti cōuenit ut nihil faciat iuit⁹·nihil dolēs·nihilq; coactus·cum ſeruit⁹ ſit obediētia fracti aī atq; abiecti 7 arbitrio ſuo carend. Quis neget omnes leues·omnes cupidos·omneſq; īprobos eſſe ſeruos? Nūqd ille liber ē cui mulier imperat·cui leges imponit·pſcribit·iubet·vetat·quod ei videtur·nec imperanti ille aliqd negare poteſt uel audet recuſare? ego iſtū nō modo ſeruū ſed etiā nequiſſimū ſeruū appellandum puto·licz ampliſſima familia natus ſit. Hⁱ ille. Eſt. n. hō ꝑpter pctm̄ ſic aſtrictus 7 incathenatus ut nullatenus poſſit meritorie ad operandum

exire.Cuius rō ē.quia habens pedem
claudum nō ambulat claudicare necē
eſt.Cum ḡ pes ſpūalis affectus anime
ſit ꝑ pctm̄ tenens inoꝛdinatū affectuꝫ
⁊ obliquū·oportunū eſt in actu ſuo
claudicare.⁊ ſic nūꝙ aliquod bonum
valet eligere.quia cum pctō grā ſtare
nō pōt qua mediāte a libero arbitrio
bonum eligitur ut dictum eſt ſ̄.Ideo
Criſoꝰ ait omel.30.Omnes homines
anteꝙ peccent habent liberū arbitriū
ſequendi diabolum uel non·ſ poſtꝙ
peccando ſe ei obligauerūt·extūc nō
poſſūt euadere niſi diuina virtute vin-
cula diſrūpantur. Huius rei habetur
exemplum Act.12.ca. myſtice deſcri
ptum de Petro icarcerato qui typum
pctōꝛis impoꝛtat.Cuius carcer cōcu-
piſcentia eſt.Cathene vō due quibus
ligat·ſicut Augꝰ 3° lib° de libero arbi-
trio dic:difficultas ⁊ ignoꝛantia ſūt.
Vix.n.pctōꝛ grauatꝰ ſarcina peccatoꝝ
confiteri valet.⁊ pꝛo ſua ſalute igno-
ranter accedit ⁊ incedit.Sꝫ timoꝛ ma
le humiliās.⁊ amoꝛ male īflāmās ſūt
duo milites inter q̊s doꝛmiuit.Ex his
duobꝫ ſm Aug.oīa mala pꝛocedunt.
Cuſtodes aūt q ān oſtiū carceris ſta-
bant qui ad bene agenduꝫ exire nō ſi-
nūt·ſūt occaſiones peccandi.⁊ ꝓmiſ-
ſiōes mūdi·ut.s.incolumitas nature
diuturnitas vite·foꝛtune pꝛoſperitas
⁊ pñie oportunitas.Sed quid certe ſi
pctōꝛ quod ī ſe eſt agere conatur·nec
diuine monitiōi reſiſtit·lumine ſup-
nāli illuſtrat.pꝛopt quod dicit: Lu-
men refulſit ī habitaculo carceris.⁊ ſta-
tim in eius coꝛ īmittitur vtilis conſi-
deratio·cōmiſſi flagitij·impenſiꝙ be-
neficij ⁊ cōminati ſupplicij atꝙ ꝓmiſſi
ſtipendij.Quā quidē conſiderationē
īmittere nihil aliud ē ꝙ pctōꝛis latus

ꝑcutere·ipſūꝙ a pctō ſurgendū exci-
tare.Vñ dicit. Percuſſoꝙ latere Pe-
tri excitauit eum.di.Surge velociter.
Statimꝙ plena expeditio ſequit.Et
ceciderunt cathene de manibus eius.
Pꝛoinde Michee.2.ca.dicitur.Sur-
gite ⁊ abite.qa non habetis hic requi-
em.s.ī pctis.Sed ſi pctōꝛ ſurgere no-
luerit ad malā cōſuetudinē veniēs.⁊
pcti ⁊ diaboli ſeruꝰ efficitur.Et ſic pa
tet ꝑma pars ꝑncipalis huiꝰ ſermōis.

¶ Pars ſecūda huiꝰ ſermōis.ī qua ꝓbat
ꝙ pctm̄ eſt ſūme deteſtandū reſpectu
ſui ipſiꝰ rōne nature īmutationis.

SEcūdo in iſto ſermone dete-
ſtādum eſt peccatū rōne na-
ture īmutationis. Facta eſt
n.creatura rationalis a deo ad imagi-
nem ⁊ ſimilitudinē ſuam.ꝑ peccatum
autē hō iuridice dicitur beſtie ſimilis
īmo beſtia. Vñ ps.Homo cum in ho-
noꝛe eſſet non intellexit·cōparatus ē
iumētis inſipiētibꝫ.⁊ ſimilis factꝰ eſt
illis.Et Math.7. Attēdite a falſis ꝓ-
phetis q veniūt ad vos in veſtimentis
ouiū·intrinſecus aūt ſūt lupi rapaces.
Hoc qdem ne duꝫ auctoꝛitate diuina
ſ etiā philoſophico fūdamēto ꝓbat.
Ait.n.phus ꝑ polit.ꝙ triplex fuit po-
ſita vita a phis.pꝛima voluptuoſa.ſe-
cūda politica.tertia cōtēplatiua.Con-
ſiderabant.n.hoīem eſſe mediū inter
ſuperioꝛa.i.angelos.⁊ īferioꝛa.i.bru-
ta quibus ē ſuperioꝛ ſimpliciter ⁊ no
bilioꝛ.qa dñs eoꝝ·ſm illud.Omnia
ſubieciſti ſub pedibꝫ eiꝰ·oues ⁊ boues
⁊c.Et ē etiā finis eoꝝ.qa 2° phyſicoꝝ
⁊ ꝑ de aīa.Finis quodāmodo oīuꝫ eſt
hō.⁊ iō nobilioꝛ.qa nobilioꝛ eſt finis
his q̄ oꝛdināt ad finem.2° phyſicoꝝ.

Et ideo attendebāt hoīem tripliciter poſſe conſiderari. p̄ ut participat cū brutis. ⁊ ſic cōuenit ei vita voluptuoſa. 2° ut eſt aliquid in ſe habēs rationem ⁊ vtens ratione. ⁊ ſic cōuenit ei vita politica. 3° ut coīcat cū angelis ī ratione ⁊ ſpeculatione. ⁊ ſic conuenit ei vita contēplatiua. Qui ḡ viuit vita prima beſtia eſt. Qui ſecunda hō eſt. Qui tĩa āgelus eſt· iuxta illud Iero. ad Euſtochiū. Profecto in carne preť carnē viuere· non terrena ſed celeſtis vita eſt. h̄ ille. Concluditur ḡ ad ppoſitū noſtrū q̇ viuēs vita brutali ac vitioſa· merito uel brutum nūcupatur. O creatura īſenſata cur nō times peccare· hō es ⁊ efficeris beſtia peccando. Audi qd phus dicat p̄ polit. Intantū qs eſt hō· inquātū habet rectitudinē in ſeipſo p ſubiectionē viriū inferiorū ad ipſam rationē ⁊ ad alterū p iuſtam ⁊ ciuilē cū alijs coīcationē. Et. ī. ſubdit. Sicut pfectus virtutibus optimū aīaliū eſt hō· ita alien⁹ a lege ⁊ a iudicijs peſſimū eſt oīu3. Et nota q̇ dic pfectus virtutib9· uel ſm altā lrām per fidē ſuſceptā. s. p intellectū ⁊ prudentiā. qa ſm Ar. in 2° de aīa. Prudētiſſimū oīu3 aīaliū eſt hō. Dicitur etiam pfectus ppť virtutes. qa vnūquodq3 pficiť p attingē ppam ṽtutē. 6° phyſicorū. et 5° metaph. vbi dicit. Perfectus eſt q pfecte habet oēs virtutes ut ſcūs hō. Et ideo bn̄ dicit. Peſſimū eſt oīu3 alienus a lege. qa p pctm̄ hō pdit pfectiones ppas. s. verā intelligentiā ⁊ prudentiā ⁊ pfectionē ṽtutum· q bō pditis peſſimū eſt oīu3. quia p ſenſus corporales multa aīalia ſuperāt hoīe3. ideo 2° de aīa· ait phus. Homo certiſſimū habet guſtū· in alijs aūt deficit a multis. Propterea concludit idem. s. p̄ polit. Plura mala faciet malus hō q̄3 beſtia. Et in 7° ethicorū inqt. Hoies dicūtur ſicut dij ppter virtutis excellentiā. hō aūt prau⁹ deterior eſt beſtia. h̄ ille. Et in eodē aſſignat rationē. di. Operationes beſtie praue ſūt ex naťa opationes ṽo prauorū hoīu3 ſūt ex cōſuetudine. Et iō pctōr ſimilis ē monſtris marinis· q̄ lic3 habeant corpa piſciū. habēt tn̄ corpora diuerſorū aīaliū. Similiť pctōres lic3 habeāt corpa humana· habēt tn̄ cor ferinū: ut habeāt corpora vulpina p doloſitatē. lupina p rapacitatē. aſinina p pigritiā. leonina p ſupbiam· porcina p luxuriam. canina p detractionē ⁊ gulā. ⁊ ſic d̄ alijs. de qbus ait Boeti⁹ in 3° de ɔſolatione metro 6°. di. Heu grauē ſortē quotiēs iniqu⁹ Additur ſeuo gladi⁹ veneno. Sed in 4° eiuſdē in fine melius explicat. di. Euenit igitur ut quē tantū fortunatū mecū videas hoīem exiſtimare nō poſſis. Auaritia feruet alienarū opū violentus ereptor· lupo ſimilem dixeris. Ferox atq3 inqetus linguā litigijs exercet· cani cōparabis. Inſidiator occult⁹ ſubripuiſſe fraudib⁹ gaudet. vulpeculis adequeť. Ire intēperās fremit· leonis animū geſtare crediť. Pauidus atq3 fugax nō metuēda formidat· ceruo ſimilis habeať. Segnis ſtupid⁹ torpet· aſinū viuit. Leuis atq3 incōſtans ſtudia pmutat· nihil auib9 differt. Fedis īmūdiſq3 libidini hō immergitur· ſordide ſuis voluptatibus detinetur· porcis cōparať. Ita fit ut q pbitate deſerta hō eē deſierit cū in diuinā cōditionē tranſire nō poſſit vertať in beluā. h̄ ille. Huius ſimile dictū habeť a Criſo°. ſup Math. Si pctōr hō es inqt manifeſte nō poſſū dicē. Cum n. calcitres ut aſinus· ſaltes ut taurus

fremas mulierib9 ut equus. ⁊ caſtra-
margiā pariatis ſicut vrſus. īpingues
carnē tuā ut mulus. rememorerl aūt
ut camelus. rapias ut lupus. iraſcaris
ut ſerpēs. pcutias ut ſcorpio. doloſus
ſis ut vulpes. venenū malitioſe obſer
ues ut aſpis ⁊ vipera. qualit̃ te potero
cū hoīb9 numerare? q̄i di. non ē cōue-
niēs. Proinde idē ipſe Criſo9 i omel.
aſcēſionis. ſup illud: Homo cōparat9
ē iumentl. Peius ē ait cōpari q̄3 naſci.
Natalit̃ non habere ratione tolerabi-
le eſt. hoīem vo ratione decoratū irra-
tionali nat̃e cōpari volūtarl crimē eſt.
H ille. Item ſimiles ſūt pctōres beſtijs
q̄ pingūt̃ i proceſſiōe vulpis extra ve-
ſtite ad modū hoīu3. intra aūt ſūt fere
diuerſe. Math. 7°. Intrinſec9 ſūt lupi
rapaces. ps. Facies peccatoꝝ. i. demo-
nu3 ſūmitis. Eccl. 4°. Ne accipias faciē
cōtra faciē tuam. Hoꝝ oīu3 ſūma h ē.
qa vitia ſūt cōtra nām. vtutes aūt ſm
nām. Vn̄ Lac. in li° de vero cultu. ait.
Siue vtutes īſeras. vitia ſponte diſce-
dent. ſiue vitia eximas. virtutes vltro
ſubibūt. Sic. n. bonoꝝ ⁊ maloꝝ cōſti-
tuta eſt natura ut ſe ſp expugnēt ⁊ ex-
pellant. H ille. Proptea Proſper ī lib°
epigrāmaton. ait. Qui ſe gaudet pec-
carl felicit̃ vti. infelix nimis eſt pſperi-
tate ſua. Nolite g̊ fieri pctō ſicut equ9
⁊ mulus in qbus non eſt intellectus.
Et ſic p3 ſecūda pars pncipalis huius
ſermonis.

Pars tertia ſermōis. in q̄ pbat̃ q̄ pec-
catum eſt deteſtādū reſpectu ſui ipſi9
rōne cordis obduratiōis.

TErtio ī iſto ſermone probat̃
peccatum eſſe deteſtandū re-
ſpectu ſue proprie malitie ra-
tione cordis obduratiōis. Cum. n. ut
dictum eſt ſ. peccatū ī aīa perpetratū
eſt. ſi non cito diſſoluitur p pnīe me-
dicinā fit ipſa diaboli ⁊ pcti ſubdita
ita q̄ de peccato in peccatum ducitur.
⁊ tādem ſicut lapis obduratur. De p̊
s. q̄ peccatum in anima aliud attrahit
ait Greg9. Peccatum quod per pnīam
mox non diluit̃. ſuo pondere ad aliud
trahit. Exemplum de iuda qui fura-
batur. ⁊ effectus durus vēdidit xpm
⁊ poſtea in deſperatione prorūpens ſe
ſuſpendit. Exemplū etiam de Dauid
qui pus cōmiſit adulteriū. poſt homi
cidium. de quo Iero9 ad Euſtochium
ait. Samſon leone fortior. ſaxo durior
⁊ qui vnus ⁊ nudus mille eſt pſecut9
armatos. ī Dalide molleſcit amplex9.
Dauid ſm cor dn̄i electus. ⁊ qui ven-
turū xpm ſepe eſſe cantauerat. poſtq̄3
deambulans ſuper tectum domus ſue
Berſabee capt9 eſt ī nuditate. adulte-
rio iūxit homicidiū. H ille. De 2° vo. s
q̄ p peccatum cor induratur. habetur
Iob. 41°. vbi dicitur. Cor eius indura-
bitur quaſi lapis. ⁊ ſtringetur quaſi
malleatoris incus. Et Zach. 7°. Cor
ſuū poſuerūt ut adamantē. maxīe qn̄
hō ſeneſcit. pv. 22°. ca°. Adoleſcēs iux̄
viā ſuā cū ſenuerit nō recedet ab ea.
Et iō Sen̄. ait. Pctā iuuenū pdicāt̃ ī
quale. qa ſunt delebilia de facili. Pec-
cata ſenū predicātur ī qd. quia eis q̄i
ſubſtantialit̃ adherēt. Vn̄ Greg9 dic.
Vſitata. n. culpa mentē obligat. ⁊ ne-
quaq̄3 ſurgere poteſt ad rectitudinē.
conatur ⁊ labitur. qa vbi his ſponte
diu faſtidit. ibi etiam cu3 noluerit co-
acta cadit. Circa talem ſic induratum
loquitur Ber. di. Cor durū quod nec
cōpūctiōe ſcinditur. nec pietate mol-
litur. nec precib9 mouetur. minis nō

cedit·flagellis induratur·ingratū eſt
ad beneficia·infidum ad cōſilia·ꝑm-
ptum ad iudicia·īuerecūdum ad tur-
pia·īpauidum ad ꝑicula·inhumanū
ad humana.ipſū eſt qđ nec deum ti-
met nec hoīes reueretur.Hille.Et iō
ſicut facit de⁹ de corde lapideo carneū
Ezech.33°.ita diabolus ꝑ peccatum de
corde carneo facit lapideum·īmo fer-
reum ⁊ diabolicum:ut nec igne tribu
lationis·nec malleo ꝑ̄dicatoris pluſ ꝗ̄
ferrum exiſtēs emolliatur ⁊ moueat.
Vñ Ber.de ipſius peccatoris duritia
iterū inquit.Nemo duri cordis ſalutē
vnq̄ adeptus eſt·niſi cum forte miſe-
ricors deus abſtulit cor lapideū.⁊ de-
dit carneum.Ipſum eſt de quo Eccl.3°.
dicitur.Cor durū male habebit in no
uiſſimis.O peccatores qui non emol-
litis corda veſtra ut faciatis volunta-
tem dei veſtri.Audite dominū·audite
ſpiritum ſanctum·quomodo vob̄ cō-
minatur Leuit.26°.Conteram duri-
tiam ſuperbie veſtre.⁊.i.Reg.6°.ca°.
Quare aggrauatis corda veſtra ſicut
aggrauauit egypt⁹ ⁊ Pharao cor ſuū.
⁊.4.Reg.17°.Non audierunt ſed in-
durauerūt faciem ſuam iuxta ceruicē
patrum ſuorū.⁊ in ps.Vſq̄ quo graui
corde ⁊c.⁊ ad Ro.2°.Scđm duritiā
aūt tuam ⁊ cor īpenitens theſaurizas
tibi irā in die ire.Ecce ergo qđ facit pec-
catum·indurat cor·iram dei inducit.
Et ideo induremus corda noſtra con
tra ipſa vitia ne ipſa nos ī malum in-
ducant.Dicit̄.n.in ꝓuerbio ſapientū.
Recte fortior putandus eſt q cupidi-
tates ſubiicit q̄ qui hoſtes.Vñ ⁊ Sen.
in ſecūda epiſtola ad Lucillū inquit.
Quid agere debemus ut irritamenta
vitiorū q̄ longiſſime fugiamus.Indu-
randus eſt animus.⁊ debellande vo-
luptates·que ſeua quoq̄ ingenia ad
ſe rapuerūt.Vitia ſine modo ⁊ ſine fi-
ne ꝑſequere.Nam illis quoq̄ nec mo-
dus nec finis eſt.Proiice quecūq̄ cor
tuū dilaniāt·que ſi aliter extrahi ne-
quirent·cor ipſū cum eis euellendum
erit.Voluptates precipue exturba·q̄
latronū more ī hoc nos amplectūtur
ut ſtrangulent.Hille.Vt ſic facientes
in ipſa ſuꝑna gloria a peccati morte li-
berati viuere valeamus in ſecula ſecu
lorū.Amen.

¶ Feria ſexta poſt ſecundam dominicā de aduentu.q̄ deteſtandum eſt peccatum ratione ſue maligne conditionis tribus alijs rōnibus Sermo.13⁹.

# H Abūdetis

in ſpe ⁊ virtute ſpiritus
ſancti.Iterū vbi ſ.Tan-
ta eſt pcti mortalis ma-
lignitas fratres cariſſimi:ut ad ipſum
deteſtādum reprehendendum ⁊ ab-
hominandum·finem ſermoni noſtro
imponere neſciamus.Quis enī ut ex
precedenti ſermone patet deteſtabile
ſit ex ſua propria conditiōe trib⁹ eui-
dentiſſimis rationibus:nihilominus
ut eius peruerſa ⁊ iniqua conditio cla
rius appareat·circa eius deteſtabilem
conditionē in preſentiarū iterū inſtare
ꝑfructuoſum erit.Nam ſicut peccatū
āgelos affligit·ita ⁊ demōes delectat.
⁊ ſicut angelis diſſimiles·ita mutis ⁊
irrationabilib⁹ ⁊ ſtultis ſimiles facit.
⁊ ſicut gratia animam decorat·ita pec
catum deformat.Habundetis ergo in ſpe
⁊ v̄tute ſpūs ſancti·abſtinentes a pec
cato quod ita nequiſſimū eſt·ut trib⁹
alijs rōnibus ī iſto ſermone iterū dete-
ſtandum clariſſime appareat.

p̄ rōne diabolice delectatiōis.
z° rōne mentis alienationis.
3° ratiōe fetide corruptionis.

¶ Pars prima hui⁹ ſermonis.in q̄ pbat̄ q̄ deteſtādum eſt peccatum reſpectu ſue etiam maligne conditionis rōne diabolice delectationis.

PRimo igitur in iſto ſermone deteſtādum eſt peccatū etiā reſpectu ſui ratione diabolice delectationis.Pro qua rōne declarāda mouetur vnū dubiū.Utrum pena maloꝝ angeloꝝ cōpatiatur ſecum aliquod gaudiū in eis.Videtur enī q̄ ſic trib⁹ medijs. p̄ ſic.pū.13°.Deſideriū ſi cōpleatur delectat aīas.ſed ipſi multa mala deſiderant que veniūt.g̊ ipſi i illis delectantur.g̊ ꝛc. z° ſic.Phs.x°. ethicoꝝ.ca°. 8°. dic q̄ philoſophia habet multas delectatiōes puritate ꝛ firmitate.ſed mali angeli multum ſciūt de philoſophia.g̊ habent magnas delectationes. 3° ſic.Proprie actiones ſunt delectabiles vnicuiq̄ꝫ.ſed ipſi habent ſuas proprias actiones.s.intelligere ꝛ velle.g̊ in eis delectantur.g̊ ꝛc. Oppoſitū videt̄ trib⁹ alijs medijs. p̄ ſic.Phs p̄ ethicoꝝ.ca°. 18°. ait.Delectatio ſi ſit fortis expellit oēm triſticiā ꝛ que ſibi cōtraria ē ꝛ que contingenter.g̊ a ſimili triſticia ſi ſit fortis expellit oēm delectationē ꝛ q̄ ſibi ɔtraria eſt ꝛ que contingenter.ſed triſticia maloꝝ angeloꝝ eſt valde fortis.g̊ nullā cōpatitur in eis ſecū delectationem. z° ſic.In angelis bonis leticia nullam patit̄ triſticiam.g̊ a ſimili nec triſticia leticiā ī angelis malis. 3° ſic. In nobis nō pōt eſſe ſimul leticia cum triſticia.qa leticia eſt cum dilatatione cordis.ꝛ triſticia cū quadā cordis cōſtrictione.conſtrictio aūt ꝛ dilatatio cordis motus contrarij ſūt.g̊ a ſimili ī angelis nō poteſt ſimul eē leticia cuꝫ triſticia.ſed ſp habēt triſticiā.g̊ nullā habent leticiā.g̊ ꝛc. Ad hanc queſtionē reſpōdet Ricar.ī z°. diſ.6.arti. z°. q.z.di.q̄ contingit loqui de pena malorum angelorum dupliciter.aut pro ſtatu ante iudiciū.aut ꝓ ſtatu p⁹ iudiciū. p̄ modo loquendo.qa pena eorum adhuc nō ē completa q̄uis ſit grauis ꝛ multa.ideo capaces ſunt alicuius vani gaudij ꝓuenientis ex euētu eorum que deſiderāt. Vn̄ Aug⁹ 4°. de ciui.dei.ca°. z7°. dic q̄ praua docent turpibus gaudēt.Et ibidem ait. Hac tn̄ fallacia miris modis demōes delectant̄.quia ꝛ deceptores ꝛ deceptos pariter poſſident.a quorum dominatione non liberat niſi gratia dei p Jheſū xp̄m dn̄m noſtrum.Et in 9° lib°. ca°. p̄.ait.Demōes talibus gaudent qualia boni ꝛ prudentes hoīes aduerſant̄ ꝛ damnāt.h̄ ille.Et iſto modo poſſūt adaptari rationes prime. Qn̄ g̊ p̄ dicitur q̄ deſideriū ſi compleatur delectat animā.reſpondendum eſt q̄ deſideriū nūq̄ꝫ completur ita ut delectet appetitum niſi ex eius euentu appetēs ſortiat̄ finē vere uel eſtimatiue ꝓpter quē illud appetebat.quē nūq̄ꝫ ſortiet̄ malus poſt iudiciū ut ſtatim patebit ꝫ bene ante ut dictū eſt.g̊ ꝛc. Ad ſecūdū dicēdū q̄ philoſophia aggrauat magnā delectationē ī ſubiecto diſpoſito ad eā.ꝫ qa act⁹ actiuoꝝ ſūt ī patiente bn̄ diſpoſito.z° de aīa.ꝛ nā mali p⁹ iudiciū totaliter erit indiſpoſita ad quācūq̄ꝫ delectationē.iō philoſophia nullā poterit eis cauſare delectationē Ad tertiū etiā dicendū q̄ ꝓpe actiones nō cauſabūt in eis p⁹ iudiciū aliq̄s delectatiōes.cui⁹ rō ſtatī videbit̄.

⁊ quia diuina influentia non aderit
ad h̕ ut proprie actiones cauſent ī eis
affectū in quo eſt delectatio. ſine autē
illa influentia cauſa ſecūda nō pōt ſuū
effectū cauſare. qa ſicut dicit̕ cōmen-
to ſuper pmam propoſitionē de cauſis
Non figitur cauſatū cauſe ſecūde niſi
p virtutē cauſe pme. Concludendum
eſt igit̕ ꝙ demones ante iudiciū habe-
būt cum triſticia aliquā delectationē
admixtam. 2° modo vō. s. pro ſtatu
poſt iudiciū. ſic dico ut ait Ricar. ꝙ pe
na eoꝝ non cōpatietur ſecum ī eis ali-
quod gaudiū. qa tūc pena eoꝝ erit cō-
pleta ⁊ ideo natura eoꝝ erit ita diſpo-
ſita ad ſuſceptionem gaudij ꝙ nulluꝫ
agens creatum habebit proportiona-
lem vtutem ad cauſandū delectatio-
nem ī ſubiecto ita diſpoſito: agēs aūt
increatū exigente ſua iuſticia nullum
cauſabit in eis gaudium. ℣. Aug⁹ in
14°. de ciui. dei. ca°. 13°. ait. Elationis vi-
tiū ī dei aduerſatio q eſt diabolus ma
xime dnāri ſacris litteris edocet̕. ẜ ẜm
phm 3° ethicoꝝ. ca°. 9°. qualis eſt vnuſ-
quiſq; talis ⁊ finis videt̕ ei. g̊ diabol⁹
finē ſuū cōſtituit ī excellentia. Cum g̊
ẜm phm 6° ethicoꝝ. ca°. 6°. fines ſint
pncipia opabiliū. quicqd malus ange
lus appetit propt̕ excellentiā appetit. ẜ
poſt iudiciū nihil eueniet de quo con-
ſequentur demones excellentiam nec
verā nec eſtimatā. Cum g̊ ex euentu
rei deſiderate nullum proueniat gau-
diū. ſi deſiderans nō conſeqtur finem
propter quem illud deſiderabat. nihil
eueniet ex cui⁹ euentu aliquod in eis
gaudiū oriat̕. Dicas g̊ ad pmū argu-
mentū ſecūde partis ꝙ ante iudicium
nō eſt malorū triſticia ita fortis ꝙ ex-
pellat omnē delectationē ⁊ magnam ⁊
paruam. ſed bene poſt iudiciū erit ut

viſum eſt. Ad ſecūdū dicendū ꝙ an-
geli boni. qa ita ſūt cōiuncti cum diui-
na volūtate ut nihil eueniat ɔtra eoꝝ
volūtatē abſolutam. ⁊ qa habent cō-
ſubſtantialis glorie cōplemētū. ideo
ī eis nulla pōt eē triſticia. ſed in angel̕
malis nō ē adh̕ tota pena ɔpleta quā
ppetuo habituri ſūt pˢ iudiciū. ⁊ mō
in eis interdū eſt aliqđ gaudiū. grauī
tn̄ amaritudine reſperſū. gaudent. n.
de malis euenietib⁊ que euenire deſi-
derauerūt. Ad tertiū dicēdum ꝙ cū
ī hoīe ſimul eſt triſticia ⁊ leticia. ſi le-
ticia maior eſt q̄ꝫ triſticia cor dilatabi-
tur. minus tn̄ propt̕ triſticiam. Si aūt
triſticia ē maior leticia. tūc erit eɔ°. Si
aūt equarent̕. tūc cor nec ɔſtringeret̕
prohibente leticia. nec dilataret̕ ꝓhi-
bente triſticia. Ex his dictis patet ꝙ
demones ꝓ tēpore iſto ſaltem aliquā
delectationē habēt admixtam cū tri-
ſticia ⁊ maxime ex euentu eoꝝ q̄ ma-
xime deſiderāt. Sed qd magis deſide-
rant q̄ꝫ oīuꝫ nr̄m et̕nam dānationem
qa in iuidia cōfirmati ſūt. ⁊ odio nr̄i
q ad illā gloriam poſſumus aſcendere
vnde ipſi ceciderūt! Et ideo qa null⁹
dānatur niſi ꝓpt̕ mortale pctm̄ ſūme
delectant̕ ī pctōꝝ p nos ppetratione.
Quapropt̕ ſūme a nob̕ pctm̄ deteſtādū
ē ne īimicos nr̄os gaudē faciam⁹. h̕ ē
n. potiſſima cā tantaꝝ tēptationū cir-
ca nos p demones ppetrataꝝ cōplacē-
tia pctī. Vn̄. Greg⁹. Aſſidua tēptatiōe
diabolus tēptat ut ſaltē tedio vincat.
Huius negocij exemplū mirabile nar
rat in 3° dialogoꝝ btūs Greg⁹. in quo
dat̕ intelligi cōplacētia peccati quam
habent īimici. Ait enim. Quid accidit
cuidam Fūdane ciuitatis epiſcopo re-
ferā. Ille vir venerabilis cū vitā mul-
tis plenā virtutibus duceret ſeq; ſub

ſacerdotali cuſtodia ī continētie atte
cuſtodiret quādā ſcīmonialē feminā
ſecū ꝑus habuerat·noluit ab epiſco·
pij cura repellē·ſecū hāc ꝑmiſit habi·
tare. Ex q̄ re actū eſt ut ātiqu⁹ hoſtis
apud eius aīuȝ aditū tēptatiōis exq·
reret. Nam cepit ſpēm ei⁹ oculis men
tis eius imprimere: ut electus cogita·
ret nephanda. Quadā v̄o die iudeus
qdam ex partib⁹ campanie Romam
veniens prope Fundā nō longe ꝑue·
nit·cum iam diem veſperaſcere cerne·
ret. ⁊ quo declinare poſſet minime re·
periret·iuxta Apollinis templuȝ fuit
ibiq; ſe ad manendū contulit·ſed loci
illi⁹ ſacrilegiū ꝑtimeſcens·q̄uis cruci
fidem minime haberet·ſigno tn̄ cruci
ſe munire curauit. Nocte autē media
ipſo ſolitudinis pauore turbatus per·
uigil iacebat. ⁊ repente conſpiciēs ma
lignoꝝ ſpirituū turbam quaſi in obſe
quiū cuiuſdā potentis preire. Eū v̄o
qui ceteris ꝑerat ī eiuſdē loci gremio
cōſediſſe qui cepit ſinguloꝝ ſpirituū
obſequentiū ſibi cās exqrere actuſq;
diſcutere: quatenus vnuſqſq; quātū
neqſſime egiſſet īueniret. Cūq; mali·
gni ſpūs inqſitiōi ei⁹ exponerēt quid
operati cōtra bonos fuiſſent·vnus in
mediū proſiliuit q in Andree epi ani·
muȝ ꝑ ſpeciem ſanctimonialis femine
que in epiſcopio ſuo habitabat quan·
tam temptationem carniſ cōmouiſſet
aperuit. Cum v̄o h̄ malignus ſpiritus
qui ꝑerat inhianter audiret. ⁊ tanto
ſibi factum lucrū grande gauderet ⁊
credēt quanto ſibi ſanctioris viri ani·
muȝ ad lapſum ꝑditionis inclinaret.
Ille ſpūs qui h̄ fatebatur adiunxit. qa
vſq; ad h̄ quoq; die preterito hora ve·
ſpertina eius mentē traxerat ut in po·
ſteriora eiuſdem ſanctimonialis femi
ne blandiēs alapam daret. Tūc mali·
gnus ſpūs atq; hūani generis antiqu⁹
īimicus exhortatus hūc valde ē ut ꝑ·
ficeret quod cepiſſet. quia ex ruina il·
lius ſingularem inter ceteros palmā
teneret. Vide ḡ quantā cōplacentiam
habeant demones de pctō. nūq̄; ſatiāt
noſtra ruina. Vn̄ beatus Martin⁹ ut
legitur in vita eius videns mergos in
flumīe·ait. Hec eſt forma demonum.
inſidiantur incautis·captos deuorant
ſatiariq; nequeunt deuoratis. Hinc de
eorū fallacia ⁊ nocendi deſiderio loq·
tur Aug⁹ ſuꝑ ꝑs. 36°. di. Demones ſꝑ
habent voluntatē nocendi·nec ſi pla·
centur nec ſi rogentur deſinūt nocere
velle. h̄ maliuolentie eoꝝ propriū eſt.
Et ſuꝑ ꝑs. 96°. idē ait. Inſita eſt mali·
uolentia quedam ⁊ pernicies nocēdi
malignis ſpiritib⁹ ut gaudeāt de ma·
lo hoīuȝ. ⁊ de fallacia nr̄a. Si nos fefel·
lerint paſcūtur. ⁊ non querūt quibus
in eternū dominentur ſed cum qbus
in eternū damnētur. Quomodo ſolet
maliuolus latro noīare īnocentē·non
ꝙ ſi fuerit ſolus īcenſus·uel ſi duo ar·
deant·minus ardeat·min⁹ moritur ſi
duo moriātur. Pena illa non minuit
ſed maliuolentia paſcitur. Mecū inqt
moriatur·non ſe minus morituꝝ di·
cens·ſed ſolatiū habet malū alterius.
Talis eſt diabol⁹·ſeducere vult hoīes
illos cum quibus puniatur. ⁊ quia nō
poteſt fallere iudicem deum. non enī
nominat apud eum īnocentem·veꝝ
crimina volens habē que obijciat pec
cata perſuadet. hec ille. Et 9°. de ciui.
dei. ca°. 6°. inquit. Mens demonū cum
ſubiugata vitijs ⁊ oppreſſa ſit: quic·
qd ratiōis habet nāliter ad fallēdū ⁊

decipiēdū tāto acti⁹ intēdit quāto eā magꝭ poſſidet nocēdi cupiditas. Hꝭ ille. Aliqñ.n.ꝑ trigīta uel q̄dragīta ānos tēptat vnū pauperē diabolus ut ī pec-catū eū ꝑcipitet·nec ceſſat die ac noc-te.ꝙ ſi in tanto tempore optinet·mul-tum gaudet. Juuenis q̄dam ſuſcitat⁹ a beato Johāne dicebat ꝙ viderat de-mones gaudentes de ruina quorūdā peccatoꝝ cōuerſorū a beato Johanne. Nolite ḡ frēs date locum diabolo per peccatum·ſed affligite illum a peccatꝭ abſtinentes ⁊ de peccatis penitentes. Et ſic patet pars prima hui⁹ ſermōis.

¶Pars ſecunda huius ſermonis.in qua probatur ꝙ deteſtandum eſt peccatū reſpectu ſui etiam ratione mētis alie-nationis.

SEcundo in iſto ſermone dete-ſtandum eſt peccatum etiam reſpectu ſui ratiōe mentꝭ alie-nationis.O ciues nobiles.O milites. O doctores ⁊ ſapientes.O principes ⁊ barones. O duces ⁊ reges·ſi quis ap-pellaret vos fatuos.nūquid patienter ſuſtineretis? Credo ꝙ multum mole-ſte ⁊ egre ferretꝭ.Sꝫ ego dico ꝙ ſi vnū ſolum peccatuꝫ mortale regnat in vo-bis·nō ſtultos vos tm̄ ⁊ fatuos ſ ſtul-tiſſimos eſſe.Nam phus ait in li° pre-dicamentorū. Ab eo ꝙ res ē uel non ē dicitur propoſitio vera uel falſa.Cum igitur ſic ſe habet in re ꝙ vos exiſten-tes in pctō eſtis fatui·ut probabo.ſe-quitur hanc propoſitionē.s.vos eſtis ſtulti eſſe verā.Stultus.n.ē qui caret vſu rationis·quapropꝰ inſanit.Vnde Criſipus dic. Stultus oīa vitia habet ſm ſtoicos·ſed non in oīa nā pronus eſt.alius.n.ī auaritiā·alius ī luxuriā inclinatꝰ.Vñ ſapiētibꝫ Lac.dic. Nam hoīs deus hanc eē voluit.s.ut duarū reꝝ cupid⁹ ⁊ appetēs eēt.s.religionis ⁊ ſapiētie.ſ hoīes idō fallūtꝰ q̄m aut re-ligionē ſuſcipiūt omiſſa ſapiā·aut ſa-piētie ſoli ſtudēt religiōne omiſſa·cū alteꝝ ſine altero verū eē nō poſſit. Itē Aug⁹ 8° de ciui.dei.inqt ꝙ Plato di-xit amatore dei phm eē.i.ſapientē.Et Tullius in tuſculanis q̄ſtionibꝫ.li° 5° ait ꝙ ſapientꝭ ꝓpriū ē nihil qd̄ penitē poſſit facē·nihil īuitū·ſ ſplendide cō-ſtantꝰ grauitꝰ ⁊ honeſte oīa. Itē Seneca in epla.9.inqt. Sapiēs nulla re eget. ⁊ tñ illi multꝭ rebus opus ē.eoꝝ ſtulto nulla re opus ē· nulla enī re ſcit vti·ſ oībus eget. Itē Socrates dic ꝙ ſapiētꝭ ē ne quid in caſſū excidat cauere. Et ſi qd fortiꝰ acciderit fortiter ferri.Et Sixt⁹ pytagoric⁹ ait. Tūc eris ſapiens cum te non putaueris ſapientē. Cū ḡ peccator non habeat verā ⁊ xpianam religionem ſm Lac.non amet deum ſcd̄m Platonē·faciat multa de quibꝫ penitebit ſcd̄m Tulliū·nulla re ſciat bene vti ſcd̄m Senecam·neſciat mala ventura cauere ſcd̄m Socratē·exiſti-met ſe ſapientiorē aliis ſm Sixtū py-tagoricū: ſequitꝰ ipſū eē fatuū ⁊ inſen-ſatū.⁊ oī ſapiā carentē.Cui⁹ ſtulticia ſeptē euidentiis demonſtratꝰ. Prima euidentia ſtulticie pctōris ē.ꝑ viam. ꝑeligit ambulare ſciens viā latā.⁊ ſpa-tioſam q̄ ducit ad mortem q̄ꝫ artam q̄ ducit ad vitā.Math.7°. Itaqꝫ ſiſis ē il-li q cū ſciret rectā viā q̄uis artā de vo-lūtate fratris fatui voluit ire ꝑ latam ⁊ ambo capti·fatuus proiiceretur in foueam ⁊ alius ſapiens duceretur ad mortem·maledicebat fatuo dicens ꝙ propter ſuam fatuitatem moreretur. Tūc reſpōdit.Maledicatis tu.qa tibi

potius eſt imputandū qui me ſciebas
fatuū. Sic anima qñ ad mortem vide-
bit ſe damnata propter corpus fratrē
ſuū fatua reputabitur. quia ipſi corpi
fatuo cōſenſit. Vñ. pȯ. p̊ ca°. ſcribitur.
Sapiētiā atq; doctrinam ſtulti deſpi-
ciūt. O anima ſapiēs ne ſtulta efficia-
tis. ambula per iſtam viam artam. de
qua ait Aug⁹ in lib° de pulchritudine
aīe. Omni ſtudio lata via ſeculi vitan
da eſt que ducit ad mortem. At ȯo oī
cordis deſiderio via anguſta que du-
cit ad vitam adeunda eſt 7 apperēda.
Via h̄ āguſta ē via abſtinētie 7 caſti-
tatis. humilitatis 7 oīs religiōis quā
xp̄s añ nos attriuit qua ad ſuū regnū
migrauit. h̄ ille. Secunda euidentia
ſtulticie peccatoris eſt p curam. qa pec-
cator maiorem curā gerit de re viliſſi-
ma q̄ȝ nobiliſſima. Vñ Ber. ait. Sicut
ſtulti examinatores de maximis mini
mam. de minimis maximā curam ge-
runt. Maiorē. n. curā gerunt de carne
morbida q̄ȝ d' imortali aīa. imo ut cor-
ticē carnis cuſtodiāt nutriāt 7 impin
guent. nucleū aīe ſepe produnt. h̄ ille.
Siſſis ē. n. illi ep̄o q maiorem curā ge-
rebat de cuſtodiendo calato pleno pi-
rorū q̄ȝ de multitudine aīaꝝ p̄cioſo ſan
guine redēptaꝝ. De qbus ait Ber. Ve
mihi ſi talentū mihi traditū negligen
ter ſeruauero. p̄cioſo ſanguīe xp̄i ma-
gis appreciatū. h̄ ille. Tertia euidētia
ſtulticie pctōris ē p menſam. qa p ſtil
lam modicā dulcedinis exterioris co-
medit cibum veneniſiſſimū. 7 bibit
ſimilē potum q̄ ncc̄e habet mori ī au-
reo calice Babylonis. nō attēdens in-
ternā 7 extnā amaritudinē. Iob. zo.
Couertetur panis in vtero eius in fel
aſpidū. Deut°. 32°. ca°. Fel draconum
vinū eorū. Similis ē pctōr illi ruſtico

qui īuitatus ad nuptias. in via ſitiens
bibit aquam de fundo fetidam quam
euomit in porta nuptiaꝝ turpit'. 7 nō
ſolum nō ē ad nuptias admiſſus. īmo
cum flagello ī carcerem detruſus. Sic
hō hic bibens delectatiōes īmūdas. ī
morte euomet. Iere. z°. Quid tibi in
via egypti: ut bibas aquas turbidas.
Nō ſic onagri faciūt ȝ expectāt vſq; q̄
īueniant aquam limpidā. iuxta illud
p̄s. Expectabant onagri in ſiti ſua. s.
non bibentes aquam turbidā. Itē ſi-
milis ē cocodrilo de nilo ad paſtū ac-
cedens. ad virorē herbe idrū aduolu-
tum nō aduertit. ſed dum herbā viri-
dem paſcit idrū cuȝ ea deglutit qui eū
interius toxicat ſcindit 7 occidit. Sic
peccator dum illicitā delectationē glu
tit. diabolum ſimul cum ea comedit.
Vñ Beda. Qui veneni pocula porrigit
quaſi labiū calicis melle tingit: ut qd̄
dulce eſt ſentiat'. ne quod mortiferꝝ ē
timeat'. hec ille. Propterea Greg⁹ ait.
Quid inſanius q̄ȝ pro modica delecta
tione carnis eternis ſe obligare ſuppli
ciis! Hinc ait Aug⁹. Melior eſt modi-
ca amaritudo in faucibus q̄ȝ eternum
tormentū in viſceribus. Et Ber. Via
peccati ingredientibus propinat mel
ſophiſticū. progredientibus fel 7 ace-
tum. egredientibus inſanabile vene-
num aſpidum. hec ille. g̊ z̄c. Quar-
ta euidentia ſtulticie peccatoris eſt p
propriā vinculationem. quia ipſemet
peccādo ſe illaqueat ī manibꝰ iīmici.
Unde Iob. 18°. Immiſit in rete pedem
ſuū. Vbi ait Greg⁹. Qui pedem in re-
te mittit. nō cum voluerit eiicit. Sic
qui in peccato ſe deiicit non mox cum
voluerit ſurgit. Et pȯ. 5°. dicitur. Ini-
qtates ſue capiūt impiū. 7 funibꝰ pec-
catoꝝ ſuoꝝ vnuſquiſq; cōſtringitur.

Eſt enī ſimilis illis de quibus in vitis
patrū legit̄ ꝙ angelꝰ oſtēdit cuidā ſcō
patri tres hoīes īutiliter laborantes.
Primus faſciculum de lignis faciebat
⁊ cum non poſſet portare ꝑ grauedine
adhuc ligna eis ſemper adiūgebat. 2ꝰ
aquā de puteo ꝓfundiſſimo cū multo
labore hauriebat. ⁊ hauſtam ī momē-
to īutiliter effūdebat. 3ꝰ trabem por-
tans ⁊ volēs intrare domū in oſtio eiꝰ
ex tranſuerſo ponebat ⁊ ſibi obicē ut
non intraret de eo faciebat. Sic pctōr
pctm̄ pctō adiicit. grām dei ꝓ q̄ acqui
renda diu laborauerat effūdit. regnū
celorū ꝑ inobediētie rigorē ſibi ꝓclu-
dit. Quinta euidētia ſtulticie pecca-
toris ē ꝑ vite ꝑditionē. qa pctōr ꝓ ni-
hilo q̄i amittit paradiſū ad modū Eſau
q ꝓ lēticula vēdidit ius primogenit̄e
ſue. Gen. 25°. Hic Ber. ait. Ve. ve. va-
por eſt ad modicū parēs q et̄ne felici-
tatis aditū interdudit. H ille. Volūtarie
n. pctōr ꝑdit aīam ſuā ⁊ gaudia para-
diſi. ⁊ in h oſtendit magnā fatuitatē.
Vn̄ Eccliaſtes. 6°. dr̄. Quid hꝫ ampliꝰ
ſapiēs a ſtulto. ⁊ qd paup niſi ut ꝑgat
illuc vbi ē vita? H ibi. g̊ ⁊c. Sexta eui
dentia ſtulticie pctōris ē ꝑ vacuā ſer-
uitutē. qa ſi toto tpe vite ſue pctōr ſer
uiret diabolo. nō minꝰ pene ei dabit.
Vn̄ Gregꝰ ait. Stultū eſt ſeruire dia-
bolo offenſo deo. q nullo placat̄ obſe-
quio. quāto plus ei ſeruierit. tāto am
plius ipſe eum torq̄bit. H ille. ⁊ iō ⁊c.
Septima euidētia ſtulticie peccatoris
ē ꝑ vite deſertionē. qa deſerūt pctōres
vitā aīe ⁊ corporis. i. deum. ⁊ fiūt filii
diaboli q eſt ꝑncipiū mortis aīe ⁊ cor-
poris. ⁊ h magna ē fatuitas ꝓpter de-
lectationē corpis mortē corporis ⁊ aīe
incurrere. Vn̄ Ber. ait. Pctm̄ ingredi-
entes cōtamināt. progrediētes obſti-
nant. egrediētes exterminát: ut in aīa ⁊
corpe dānent̄ iuſto dei iudicio. H ille.
Vn̄ ponit̄ hic exēplū de rege q viridã-
riū ſuū tradidit cuſtodie ceci ⁊ ɔtracti.
Contractus ſuadebat ceco ut ad arbo-
res eum portaret ⁊ eleuaret ⁊ de fru-
ctibꝫ ei daret. quod faciebat. ⁊ hoc rex
aduertēs ſic vtrūq; ad mortē iudica-
uit. Simili t̄ deus iudicat de aīa ceca q̄
corpus portat ⁊ erigit ad mala opa fa-
cienda. qa ſine regimine eius peccatū
explere nō poſſet. Et ſic patet pars ſe-
cūda huius ſermonis.

¶ Pars tertia huiꝰ ſermōis. in qua ꝓbat̄
ꝙ deteſtandum eſt pctm̄ reſpectu ſui
etiā rōne ſue fetide corruptiōis.

TErtio in iſto ſermōe deteſtan
dum eſt pctm̄ etiam reſpectu
ſui rōne fetide corruptionis.
Experientia. n. didicimꝰ ꝙ carnes pu
treſcūt ⁊ fetent ꝓpt̄ defectū ſalis. Hinc
Math. 5°. Si ſal euanuerit ī q̊ ſalietur?
⁊c. ſuꝑ q̊ dicit Nicolaꝰ de lyra ꝙ ſicut
ſale condiūtur oīa cibaria. ita diſcre-
tiōe oīa opa nr̄a ordinari debent ⁊ di-
rigi. Diſcretio aūt ē nomē v̊bale ⁊ eſt
deſcēdēs ab h v̊bo diſcerno diſcernis.
⁊ ſtat ꝓ facē differētiā inter vnā rem
⁊ aliā. Cū igit̄ hō iudicat bonū malū. ⁊
eɔ̊. ut facit pctōr. tūc corrūpit̄ putre-
fit ⁊ fetet. In cuius rei myſteriū Joh.
xi°. dicit Martha. Dn̄e iam fetet. q̄tri-
duanꝰ. n. eſt. Laçarus nāq; ſig̃t pctōrē
fetidum ꝑ pctm̄. ⁊ q̄triduanū ꝑ delec-
tationē ɔſenſū opationē ɔſuetudinē.
de q̄bus dicit̄. i. Huius rei exemplū
habet̄ in vitis patrū ꝙ cū qdam ſenex
ambularet per heremum vidit duos
angelos comitantes ſe. vnū a dextris
⁊ alterum a ſiniſtris. ⁊ cum īueniſſent

cadauer hoīs mortui fetidū· ſenex ob-
turauit nares ſuas nō valēs fetorē ſu-
ſtinē. Angeli autē viſo iuuene ornato
nares obturauerūt. Et cū ſenex qreret
cauſam. aiūt āgeli. Tu cū ſis caro ſenti
fetorem carnis· nos aūt cū ſimus ſpi-
ritus ſentim⁹ ſpūalem fetorē peccati.
Propterea ait Anſel. Tolerabili⁹ feret
canis putridus hoīb⁹ q̄ aīa peccatrix
deo ⁊ angelis eius. Hinc Ezech. 16°. lo-
quit' deus tali aīe. di. Abhominabilē
feciſti decorē tuū. Propt'ea ſcriptura
Jacobi p̄. hortat' nos fugere talē īmū-
ditiā. di. Abijciētes oēm īmūditiā ⁊
abūdantiam malitie. in māſuetudine
ſuſcipite īſitū vbū qd pōt ſaluare aīas
vras. Et notant' dic oēm· ut nulla ma-
cula remaneat. qa. i. Cor. 5°. dr. Mo-
dicū fermentū totā maſſam corrūpit.
Ratio hui⁹ eſt. qa bonū vno modo fit
2° ethicorꝝ. malū aūt multiphariam. i
q qualecūqꝫ malum ſincere facit vnū
hoiem malū· nō aūt vna vtus vnū bo
nuꝫ ſ; oēs vtutes. De corruptione pec-
catorū loqtur Aug⁹ in 2° li° de libero
arbitrio. ca°. 22°. di. Oīuꝫ corruptionū
ſola q vitioſa eſt corruptio recte vitu-
perat'. Cetere aūt ne ue corruptiōes q-
dem dicēde ſūt· aut certe qa vitioſe nō
ſūt· digne vitupande eſſe nō pnt. Nā
⁊ ipſa vitupatio q vitio parata. i. apta
⁊ debita ſit· inde traxiſſe vocabulū cre
ditur ut vitupatio diceret'. Vitiū aūt
nō aliūde malū ē niſi qa nāe aduerſat'
ei⁹ ipſius rei cui⁹ ē vitiū. Vn̄ māifeſtū
eſt hanc eandē rem cui⁹ vitiū vitupe-
ratur natā eſſe laudabilem· ita ut ōio
hanc vitupationē naturaꝝ laudē eſſe
fateamur. H ille. Vide ḡ qa deteſtādū
ē rōne fetide corruptionis ipſū pctm̄.
Hinc eſt q qdam phus volens pecca-
re. ⁊ aduertēs aīe dignitatē· ait. Eru-
beſce celum intrare cētrū. Erubeſcite
ḡ fratres peccare ut mūdi ⁊ nitidi illā
ſplendidiſſimā patriā intrare poſſitis
⁊ habitare cum deo ⁊ angelis ⁊ ſcīs ei⁹
in ſecula ſeculorꝝ. Amen.

¶ Sabbato poſt ſecūdā dnicā de aduen-
tu. de ſanctificatiōe· illumiatiōe ⁊ ca-
ritate btē vginis Sermo. 14⁹.

In ſole po-
ſuit tabernaculum ſuū.
Scribūtur h̄ vba ps 18°.
Quia hodierna die frēs
cariſſimi eſt dies cōmemoratiōis glo-
rioſe vginis Marie: cōgruū ē ad exci-
tandā deuotionē fideliū ⁊ eiuſdē vir-
ginis dilectorꝝ aliq̄ ɔpendioſe de eius
ſublimitate ⁊ excellentia cōmemora-
re. Quāto. n. plura de ipſa ſcribuntur
ac predicant'· tanto maior habet' copia
ſcribēdi· necnō ⁊ dicēdi: idcirco aſſū-
pſi vba ꝑpoſita citharede ſpūs ſci Da
uid: In ſole. s. poſuit ipſe ſaluator nr̄
tabernaculū ſuū. Sol. n. ſm Alex. ibi-
dem dicitur btā vgo Maria q̄ fuit ta-
bernaculū filij dei. quia ſicut ſol illu-
minat mūdum· ſic ⁊ ipſa abſtulit oēs
mūdi hereſes. Propt' qd cantat eccle-
de filij dei natiuitate eternali tēporali
7 ſpūali Sermo.25⁹.

IN pricipio
erat verbum. 7 v̄bū erat
apud deū. 7 de⁹ erat v̄bū.
hoc erat ī principio apud
deum. Scribuntur h̄ verba Joh.p̄.ca°.
7 in euangelio occurrentis ſollemni-
tatis. In hac ſacra ſollemnitate nati-
uitatis dn̄i noſtri Jhu xp̄i·fratres ca-
riſſimi de v̄bo dei cōueniēt̄ tractantes
ſciēdū q̄ h⁹mōi v̄bū ꝑus ītelligibilit̄

⁊ inſenſibilit͛ ex patris mente ē et͛nalit͛ genitū·ī tp̄is plenitudine carnem nr̄am aſſūpſit: ut corporeis oculis viſibilit͛ appareret. Queadmodū verbū ab humana mente formatū ut auribꝫ pcipi poſſit·vocē induit ſeu aſſumit. ſic diuinū v̄bū dicit͛ caro factū. Demū idē v̄bū humana carne veſtitū p fidei auditū ad cor hūanū ptrāſit·queadmodū apl̄us ad Ro.x°. ait. Fides ē ex auditu·auditꝰ aūt p v̄bū dei. Ex qbꝫ v̄bis manifeſte daret diui v̄bi eē triplicē natiuitatē.s.et͛nalem.tpalem.⁊ ſpūalē. Prima ē ex patna mente ſine matre. Secūda ē ex matna carne ſine p̄re. Tertia ē ex humano corde cū p̄re ⁊ m̄re. De q̄ vltima dn̄s nr̄ Math.12°. teſtat͛.di.Quicūqꝫ.n.fecerit volūtatē p̄ris mei q in celis ē·ipſe meꝰ frater ⁊ ſoror ⁊ m̄r eſt. De p̄mis aūt duabꝫ loqtur Augꝰ ſermōe 2°. de purificatiōe v̄ginis.di. Debemus cū fide catholica retinē duas natiuitates dn̄i.vnam diuinā·alterā humanā. Illā ſine tēpore. hanc in tēpore·ambas aūt mirabiles. Illam ſine matre·iſtā ſine p̄re. Si iſtā nō ↄphendimꝰ.illā quō enarrabimꝰ? Quis ↄphendat nouā·īuſitatā.vnicā ī mūdo incredibilit͛ factā.⁊ toto mūdo īcredibilit͛ creditā: ut v̄go ↄcipet v̄go pareret·v̄go patiens pmaneret. Qd̄ humana ratio nō īuenit fides capit.⁊ hūana ratio deficit.⁊ fides hoīuꝫ pficit.h ille. Et ſermōe 9°. de natiuitate dn̄i·idem ait. Natꝰ ē xp̄s deꝰ de p̄re hō de matre. de patris īmortalitate·de m̄ris v̄ginitate. de patre ſine matre. de matre ſine p̄re·de patre ſine tēpore. de m̄re ſine ſemine·de p̄re p̄ncipiū vite·de m̄re finis mortis·de p̄re ordinans oēm diem·de m̄re conſecrās iſtā diē. h ille. Has tres natiuitates rep̄ſentat eccleſia in hac ſollēnitate. Primā.s. et͛nalē in miſſa q̄ cantat͛ in hac nocte. qa humano intellectui ē incōprehēſibilis. Secūdā.s.tpalā in miſſa q̄ cantatur ī aurora·eo ꝙ partim fuit occulta·ptim aūt manifeſta.occulta quippe q̄tū ad incarnatiōis modū·manifeſta v̄o q̄tū ad factū. Tertiā v̄o ī miſſa q̄ cantat͛ ī die.qa ſpūalis natiuitas ī rradiatiōe ſua ī aīa eluceſcit.queadmodū Yſa.58°.ca°. dr̄.Si abſtuleris de medio tui cathenā.ſeq͛t͛.Tūc orie͛t in tenebri lux tua.⁊ tenebre tue erūt ſicut meridies. Has deniqꝫ tres natiuitates Johannes euāgeliſta in iſto euangelio p ordinem ponit.

p̄ ponit natiuitatē et͛nalē·di. In p̄ncipio erat verbum ⁊c.

2° addit natiuitatē tpalē·cū.ſ.ſubſequit͛. Verbū caro factū eſt ⁊ habitabit in nobis.

3° v̄o ſubdit natiuitatē ſpūalē·in fine dicēs. Vidimuꝰ gloriā eiꝰ ⁊c.

¶ Pars p̄ma huiꝰ ſermōis.in q̄ ponit͛ natiuitas filij dei eternalis.

PRimo igit͛ in iſto ſermōe ponitur natiuitas filij dei et͛nalis q̄ eſt ieffabilis. De q̄ Yſa. 53°. ca°. teſtat͛.di. Gn̄ationem eiꝰ quis enarrabit? Et Ecc.43°. ca°. ī fine dicit͛. Ne laboretꝭ. non.n.ↄphendetꝭ. Quis videbit eū ⁊ enarrabit? ⁊ qs magnificabit eū ſicut ē a p̄nci°.? De q̄ etiā dr̄ p p̄s. Dn̄s dixit ad me filius meꝰ es tu ego hodie genui te. Et alibi. Ego ero illi in patrē.⁊ ipſe erit mihi ī filiū. Ad quā comendandā tria ↄſiderant͛.q̄ꝝ p̄mū dicit͛ poritas.ſecūdū v̄o ,ppetas. tertiū aūt ſublimitas. Primū g̃ p̄uilegiū huiꝰ natiuitatꝭ dr̄ p̄oritas.quia

nulla eſt poꝛ.qa.s.iſta pꝛioꝛ eſt cũctis
alijs. Et h̄ declarat̃ p̄ ſic ſm Tho.p̄ma
pte.q.33.arti.2°.Sicut pſone diuine p̄us
ſũt q̄ȝ creature.ſic noīa ꝓpa p pꝛius ſi-
gnificãt pſonas diuinas q̄ȝ creatas.igit̃
q̄ȝ aliqs vocet̃ pat̃ i creatuꝛ.h̄ nomen
pater ⁊ nomē fili⁹ p̄us ſignificant̃ de pſo
nis diuinis q̄ȝ de creatuꝛ.s.q̄ȝtuȝ ad rem
ſig̃tã. Oīs.n.pr̄nitas ⁊ oīs filiatio oꝛ-
tum habet ī creatuꝛ a pr̄nitate ⁊ filia-
tione diuina. Vñ inq̄t aplus ad Eph.3°.
ca°. Flecto genua mea ad patrem dñi
mei Ihu xp̄i.ex q̄ oīs patn̄itas in celo
⁊ in t̃ra noīatur. 2° q̄dē ſic declaro.
Sicut imago ē poſterioꝛ deo: ad cui⁹
imaginē hō factus eſt ſm doc.maxime
Bona.in 2°.diſ.16.Et ſicut mulier eſt
imago viri.ita vir eſt imago dei.qa ſi-
cut deus eſt p̄ncipium ⁊ finis hoīs.ſic
hō eſt pꝛincipiũ ⁊ finis mulieris.ſicut
igit̃ p̄us fuit hō q̄ȝ mulier imago eius.
ſic fuit p̄us pat̃ in diuinis q̄ȝ pr̄ ī creat̃is.
cũ igit̃ oīs natiuitas humana ⁊ omnis
paternitas ⁊ filiatio ſit imago pr̄nita-
tis ⁊ filiatiōis ac natiuitaꝛ ī diuinis.ſe-
quit̃ q̄ nulla poꝛ. 3° h̄ idē ſic declaro.
Verbũ in mente artificis cōceptum p
p̄us ītelligit̃ ꝓcedere ab artifice q̄ȝ ar-
tificiatũ qđ ꝓducit̃ ad ſilr̄itudinē v̄bi
ꝯcepti ī mente.ſic fili⁹ p̄us naſcitur a
pr̄e q̄ȝ creatura de q̄ nomen filiationis
dicit̃.Et iō dīc dñs Bona.in p̄.q.5.in
q̄ſtionib⁹ circa lrãm q̄ licȝ fili⁹ totam
ſubſtãtiã trahat a pr̄e.nō tñ dicit̃ hr̄e
matrē ſ ſolũ patrē.qa ſm Anſel.in li°
monologion.pꝛincipiũ matn̄ũ p̄exi-
git aliud p̄ncipiũ.Et rō hui⁹ ē.qa mr̄
eſt p̄ncipiũ paſſiuũ.⁊ oē tale mouetur
ab alio.ḡ ante ipſũ eſt p̄ncipiũ aliud.
q̄m igit̃ p̄ncipiũ gn̄atiōis filij ē p̄mũ
⁊ ē pure actuale.iō nullo mō trãſfert̃
matn̄ũ p̄ncipiũ.Et ſic pȝ q̄ iſta natiui

tas ē oīb⁹ pꝛioꝛ. Secũdum p̄uilegiũ
hui⁹ natiuitaꝛ dicitur ꝓpetas.quia.s
nulla alia ē ꝓpoꝛ iſta.qđ declarat̃ ſic.
Pꝛopꝛioꝛ eſt patn̄itas ⁊ filiatio ⁊ nati-
uitas in qua ſaluatur eē totalit̃ q̄ȝ vbi
ſaluatur eſſe partialit̃ ul̃ ſilr̄itudinarie.
ſicut magꝭ ꝓpꝛie leo vocatur leo q̄ȝ hō
ꝓpt̃ aliquã ſilr̄itudinē quã habeat cuȝ
leone.ſic magis ꝓpe dicitur ī diuinis pr̄
fili⁹ ⁊ natiuitas q̄ȝ ī humanis.Qđ cla-
rius declarat̃ ſic.Oīs creatura etiã ir-
rationalis pōt ſuo mō dicē deo.tu es
pr̄ meus.⁊ ego ſũ filius tuus.qa.s.me
creaſti.⁊ ī me repitur aliqđ veſtigiuȝ
tui.Et idē magꝭ ꝓpe dicē pōt creatura
rationalis.qa ad imaginē dei facta eſt.
Idē q̄ȝ ꝓpus dicē pōt ille q̄ in gr̄a eſt
cũ ſpe hereditatis.qa ſi filij.⁊ heredes
ad Ro.8°. ſ ſũme ꝓpe h̄ dicē pōt ꝯpꝛe-
henſoꝛ ad imaginē xp̄i p gloꝛiã. Qm̄
aũt nullus iſtoꝝ eſt eiuſdē nature cũ
deo.fili⁹ aũt eiuſdē nãe cũ pr̄e.ſeq̄tur
q̄ nulla patn̄itas nec filiatio neq̄ȝ na-
tiuitas ē iſta q̄ in diuinis eſt ꝓpꝛioꝛ.Qđ
videtur dicē Aug⁹ in li° de īcarnatiōe
verbi ad Januariũ.di.Pꝛincipalis bo
nitas in deo pr̄e ſentienda ē.ex quo ul̃
fili⁹ natus uel ſpũs ſcũs ꝓcedens: ſi q̄
aliq̄ bona ī ſcripturis dicũtur uel an-
gelus.uel hō.uel ſeru⁹.uel theſaurus.
uel coꝛ hoīs.ul̃ arboꝛ bona.hec omnia
abuſiue dicũtur accidentē ⁊ non ſub-
ſtãtialē in ſe ꝯtinētia bonitatē.h̄ ille.
Tertiũ p̄uilegiũ huius natiuitatis
dr̄ ſublimitas.qa ī ipſa repiũtur aliq̄
q̄ in nulla alia repiri p̄nt.qa fili⁹ ī di-
uinis habet p̄ cũ pr̄e etn̄itatem. 2° hȝ
cũ pr̄e in eſſentia vnitatē. 3° habet cũ
pr̄e eandē deitatē.4° ⁊ vltimo hȝ cum
pr̄e pſonalē diuerſitatē. P̄ dico q̄ fi-
lius dei natus hȝ cũ pr̄e ī eſſentia eter-
nitatē ⁊ diuturnitatē.eternitatē dico

qa ſicut pr̄ eſt et̄nus·ſic etern⁹ ē fili⁹.
Et hoc oſtēdit Johannes in p̄ ꝟſiculo
huius euangelij·di.In principio erat
verbū.Non.n.intellexit Johannes ꝙ
verbū.s.filius ſit in principio.i.patre
ſm habitudinē cauſe ad effectū tanꝗ̄
effectus in cā.qa inter cām ⁊ effectum
eſt differētia·uel poꝛitatis·uel ꝟtutis
que non reperiūtur in pſonis diuis.ſed
intellexit ꝙ ꝟbū.i.filius ſit in pr̄e tanꝗ̄
in p̄ncipio ſm habitudinē oꝛiginis uł
oꝛdinis.ꝓut radius ē in ſole.⁊ ꝓut cō-
ceptus mentis ē in mente.ſic verbū.i.
filius in p̄ncipio.i.in pr̄e producente
erat.i.eternalit̄.qa nō dicit fuerat uel
fuit uel erit·ſ; tacito ꝟbo p̄teriti uel fu
turi tpis q̄ locū non habent in deo.lo-
cutus fuit caute euāgeliſta ſub verbo
p̄teriti ip̄fecti tpis qđ participat de p̄-
terito ⁊ de futuro:ad inſinuādū quā-
tū poſſibile fuit filij cū pr̄e in eſſentia
eternitatem·cū dixit.In p̄ncipio erat
verbū.Sicut nāq; nō datur ignis ſine
lumīe·nec flos ſine coloꝛe.ſic nūq; da-
bitur fili⁹ dei ſine patre·nec pater ſine
filio.Vn̄ Aug⁹ ſup Joh.omel.44.in-
qt.Da mihi flāmam ſine luce.⁊ dabo
tibi patrem ſine filio.igitur conceſſa
in vno eternitate cōceditur ī alio.Et
h̄ etiā ꝓbat Aug⁹ ī p̄ de trini.aſſumēs
illud Yſa.43°.Ante me non eſt foꝛma-
tus deus.⁊ poſt me nō erit:hoc eſt·pr̄
nō eſt anteꝗ̄ fili⁹:⁊ fili⁹ non eſt anteꝗ̄
pater.qa nec pꝛioꝛem habet filius·nec
poſterioꝛē etiā habet ipſe pater.Cū h̄
q̄q; concoꝛ ꝓpheta.di.Ante luciferū
genui te.i.ab et̄no.Et Micheas 5° ca°.
ait.Egreſſus eius ab īitio a dieb; eter-
nitatis.qa ut Athanaſius in ſymbolo
ait.Eternus pater·etern⁹ fili⁹·et̄nus
ſpūs ſcūs.Et iterū Ricar.de ſcō Vic.in
h° de trini.ait.Certe radi⁹ ſolis de ſole
ꝓcedit.⁊ ſoli tn̄ coeuus exiſtit.ex quo
n.fuit:de ſe radiū ꝓducit.⁊ ſine radio
nullo tpe fuit.Si g̊ lux iſta coꝛpoꝛalis
habet radiū ſibi coeuū·cur nō habeat
iſta lux ſpūalis ⁊ īacceſſibilis? h̄ ille.
Habet etiam iſta natiuitas diuturni-
tatem.qa ut dictum eſt:pater ē et̄n⁹.
⁊ ꝙ natura patris ab eterno perfecta
fuit ⁊ eſt.⁊ actio patris qua producit
filiū nō eſt ſucceſſiua.Modo iſtis tri-
bus p̄ſuppoſitis ſequitur.ab eterno ꝓ-
duxit.⁊ producit cōtinue.⁊ producet
filiū in eternū.que productio dicitur
gn̄atio ſiue natiuitas eterna qua fili⁹
eſt coeternus pr̄i.⁊ ſic cū oīs alia gn̄a-
tio ſiue natiuitas ſit tēpoꝛalis·ſeqtur
ꝙ nulla ſit iſta diut̄nioꝛ.Vn̄ dic Alex.
de ales ſup p̄dictū ꝟbū ꝓphete:Ego
hodie genui te.Notanter aduertēdū
eſt ꝙ nō dixit:olim genui te.qa ſic vi
deret̄ tota h̄ gn̄atio p̄teriſſe.Nec ī ſup
ait.Ego hodie gigno te.qa ſic videret̄
recens eſſe.Coueniēti⁹ g̊ ait:Ego ho-
die genui te·ut p hodie exp̄meret ge-
nerationē illam nō p̄teriſſe.⁊ p genui
nō recēter inchoaſſe.Et iō iſta natiui-
tas ē neceſſaria.Eſt.n.ut ait Bona.in
p̄.diſ.6.arti.p̄.q.i.quedam nccitas q̄
eſt ex p̄ncipio ſufficiente ⁊ coueniēte
que duplex eſt.Aut.n.eſt ex p̄ncipio
ſufficiēte ī diſponēdo.⁊ h̄ ē neceſſitas
materie diſpoſite que pōt dici nccitas
exigētie.Aut ī cōplendo.⁊ h̄ ē neceſ-
ſitas īmutabilitatꝭ.⁊ h̄ vltima neceſſi-
tas cadit p̄ncipalit̄ in deo.qa ipſe ſol⁹
eſt q ſibi oīo ſufficit:⁊ q ſecum oīo cō-
uenit.h̄ aūt nccitas nō repugnat vo-
lūtatis libertati·ſed ſolum vertibili-
tatis·qualis nō eſt in deo.Et ſic patet
p̄ma ſublimitas hui⁹ natiuitatis.2°
dico ꝙ fili⁹ habet cū patre in eſſentia
vnitatē.Qđ īſinuare volēs Johānes

euangeliſta ait in 2° v̂bo hui⁹ euãge-
lij.di. Et verbũ erat apud deũ. Nam
h̃ prepoſitio apud denotat eq̃litatẽ.qa
qđ apud eſt uel iuxta·nõ eſt infra uel
ſupra. Pro cui⁹ declaratiõe ẽ notãdũ
ꝙ verbũ ⁊ filius triplicit̃ dicitur eſſe ĩ
patre. p̊ mõ ſ̃m eſſentiã.qa pater eſt
ſua eſſentia·quam coĩcat filio ſine ali-
qua ſui tranſmutatione. Cum igitur
eſſentia p̃ris ſit in filio·ſeqtur ꝙ p̃r ſit
cũ filio.Et ſimilit̃ cũ fili⁹ ſit ſua eſſen-
tia·ſeqtur ꝙ ſit cũ p̃re in q̊ ẽ ſua eſſen-
tia.Vñ cũ Philippus dixiſſet xp̄o Joh.
14°.ca°. Dñe oſtende nob̃ patrẽ ⁊ ſuf-
ficit nob̃.Reſpõdit illi dñs. Philippe
q videt me·videt ⁊ patrẽ meũ. Non
credis qa ego ĩ p̃re.⁊ p̃r in me eſt.s.p
eſſentiã. Vñ q̃uis iſta p̄poſitio apud
ſignificet diuerſitatẽ·h̃ diuerſitas nõ
ẽ niſi ĩ pſonis manẽte in eſſentia vni-
tate.Et ideo ſicut tres gutte aque ſũt
ab ĩuicẽ diſtincte.⁊ tñ cõueniũt ĩ nã
vna.ſic pſone in trinitate ſunt tres.⁊
tñ vna ẽ eſſentia in q̃ pſona filij dicit̃
in p̃re.⁊ p̃r in filio. Et ſicut v̂bũ con-
ceptũ in corpe dicẽtis ⁊ ꝓlatũ in voce
nihilomin⁹ remanet in corpe dicẽtis.
ſic v̂bum dei q̃uis mittat̃ ad extra·tñ
eſſentialit̃ manet ad intra.s.ĩ patre ⁊
apud patrẽ·ſ̃m Tho.pte p̊ma.q.42.
arti.5°. Hoc autẽ p̊uilegiũ nulli alt̃i ẽ
cõceſſũ.Nullũ.n.aĩal nec hõ reperitur q
gnẽtur a p̃re.⁊ remaneat ĩ p̃re·q par-
turiat̃ a m̃re.⁊ remaneat nat⁹ in m̃re.
nec ꝙ ſubſtãtia filij ſiue corporis ſiue
aĩe·ſit ſub̃a p̃ris ſiue matris. Hoc igit̃
p̊uilegiũ tante excellẽtie cõuenit ſolo
verbo dei.de q̊ ab et̃no fuit ⁊ erit ⁊ eſt
verũ dicẽ:Et v̂bum erat apud deũ·p
eſſentie vnitatẽ.Ex q̊ ſeq̃t ꝙ etiã fili⁹
habet cũ p̃re eq̃litatẽ.qa ut dic Bona.
in p̊.diſ.6.q.vlt̃. fili⁹ ꝓcedit a p̃re ut

imago. Imago enĩ apte id manifeſtat
cui⁹.s.eſt imago·atq̃ oẽm bonitatem
illius·h̃ excepto ꝙ nõ habet realitatẽ.
Nam ſi realitatẽ haberet.tũc profecto
oĩmodã eq̃litatem h̃ret. At non ſic de
v̂bo qđ p̃r de diĩna eẽntia cõcipit.quia
qcq̃d ẽ in p̃re ex eẽntia ⁊ v̊tute ⁊ om-
nimoda bonitate pleniſſime rep̃ntat.
Nam p̃r tãtũ v̂bũ genuit quãtũ in ſe
eſt.Hoc aũt v̂bũ habet realitatẽ.quia
ſubſtãtiã hꝫ.⁊ iõ oĩmodã eq̃litatẽ hꝫ
⁊ v̊tutẽ.Nam Aug⁹ de vera religione
oſtẽdit ꝙ filio attribuit̃ equalitas. qa
a p̃rna imagine ĩ nullo deficẽ põt.ac p
h̃ v̊itas nũcupat̃·eo ꝙ ad pfectã eq̃li-
tatẽ accedit.Et ſic patet ſecũda ſubli-
mitas. 3° hꝫ fili⁹ cũ p̃re eandẽ deita-
tem ⁊ cõſubſtantialitatẽ·quã ĩſinuat
Johes in alio v̂ſiculo.di. Et deus erat
v̂bũ.Propt̃ qđ notãdũ ꝙ in hoĩe actu
intelligẽte cõſideram⁹ duo.s.hoĩem.
⁊ cõceptũ formatũ: quem ĩtellectum
dicimus·qui quidem intellectus non
ẽ homo·nec res intellecta ẽ hõ.Sꝫ qm̃
qcq̃d eſt in deo ẽ idem qđ deus.iõ de⁹
intelligẽs deus eſt·res intellecta deus
eſt·intellectus deus eſt.ſequit̃ ꝙ deus
erat v̂bũ.i.v̂bũ dei filius erat de⁹.ꝓpt̃
qđ etiã denotat̃ ꝙ fili⁹ habet cum p̃re
cõſubſtantialitatẽ.q̃i di. Verbũ a pa-
terna mente genitũ non habet varie-
tatem ſicut habet humanũ verbum.
quod q̃dem ſubſtantialitatẽ ⁊ exiſtẽ-
tiam non habet.Nam verbũ quod ab
hoĩe conceptũ eſt non eſt hõ.v̂bũ aũt
quod deus de natura diuina cõcipit:
deus eſt·ſicut fons ⁊ flumẽ: aqua ve-
riſſime dici debet.Quare de⁹ erat v̂bũ
ut ponat̃ li de⁹ a pte p̄dicati·dicẽdo:
Verbũ eſt deus.Et ſic patet t̃tia ſubli-
mitas. 4° habet fili⁹ cũ p̃re pſonalẽ
diuerſitatẽ·quã inſinuat Johes ĩ alio

v̄ſiculo. vi. Hoc erat in p̄ncipio apud deū. Ad cuius declarationem notandum q̄ p̄prietates diuine ſunt hec. s. inaſcibilitas ſiue paternitas. naſcibilitas ſiue filiatio. cōis ſpiratio ſiue p̄ceſſio. Quo⁊ ſimul ratio ſic adducitur. Sic n. aīa noſtra rationalis eſt vna eſſentialiter in qua radicāt̄ plures potētie. ſaltē tres que nobis īnoteſcūt p ipſa⁊ p̄prietates: ut volitiua memoratiua ⁊ intellectiua. Ita ī vna eſſentia diuina ſūt tres pſone que p ſuas p̄prietates nobis īnoteſcunt iſto modo. videlʒ multiplicatio pſona⁊ fit p originē ad quā ptinet a quo alius. ⁊ qui ab alio. quia ſi debet eſſe origo oportet q̄ concurrat ille qui originatur. ⁊ ille a quo origo fiat. Et cū in origine nō debeat eſſe p̄ceſſus ī infinitum a parte poſt. ſ3 oportet deuenire ad vnū p̄ncipiū originis. Sic oportet dare vnū a quo ipſe oriat̄ aliq̄s. ⁊ ipſe a nullo. ⁊ hūc dicim⁹ patrem cui⁹ p̄prietas dicit̄ inaſcibitas. qa p h̄ qd eſſet ab alio nobis nō noteſcēt. ideo ē neceſſariū q̄ nobis īnoteſcat p h̄ q̄ non ē ab alio. ⁊ h̄ manifeſtat p̄ma p̄prietas. s. īnaſcibitas. ſ3 inq̄tū aliquis ē ab eo p modū intellectus p̄ducēdo ⁊ gn̄ando innoteſcit nob̄ p notionem ſeu p̄prietatem q̄ dicit̄ p̄rnitas. Qm̄ vo nō dat̄ p̄r ſine filio. igit̄ pſona filij manifeſtat̄ p p̄prietatē ſeu notionē q̄ dicit̄ filiatio. Modo qa nō dat̄ bonus ⁊ verus pater q nō amet ſe ⁊ filiū. neq̄ʒ dat̄ bonus fili⁹ q nō amet ſe ⁊ patrē. ⁊ tn̄ vterq̄ʒ in oīnis ſit bonus. vterq̄ʒ plene amat: q amor vtriuſq̄ʒ vocatur ſpūs ſcūs q nō eſt factus ab alio. nec genit⁹ ſ3 p̄cedens. s. p modum amoris ſpūs a p̄re ⁊ filio. que productio manifeſtās has duas pſonas īnoteſcit p̄prietatem ſiue notionem q̄ dicitur cōis ſpiratio. Et ſimiliter ſpūs ſcūs qui eſt ab alio nec aliq̄s ab eo. manifeſtatur p hanc p̄prietatem ſiue notionem que dicit̄ p̄ceſſio. ſm̄ Tho. p̄te prima. q. 32. arti. 3.° Ecce igit̄ quō pater ⁊ filius idem ī eſſentie vnitate diſtinguūtur perſonali p̄prietate. Bene g̃ dicitur h̄. s. Verbum erat in p̄ncipio. s. in patre peſſentiam. ⁊ apud deum. i. diſtinctuʒ pſonaliter ſua p̄prietate. videlʒ filiatione. Ex q bꝫ oībus patet q̄ ſublimis ⁊ excellens ſit h⁹modi natiuitas. De qua loq̄t̄ Aug⁹ de ſymbolo. tractatu 2.° di. Diuinam illam natiuitatem qua filius proceſſit ex p̄re. qua natus eſt deus de deo ſine initio. ſine tēpore. ſine matre. ſine aliq̄ fragilitate. ſine vlla ſui diminutione: non poſſumus explicare. Natiuitatē autē ei⁹ ait propheta quis enarrabit? Et reuera quis cōprehendere uel dicē poterit: quō natus ſit qui ſemp eſt in patre. ⁊ nūq̄ recedit a patre? hec ille. Et ſic patet pars prima hui⁹ ſermōis.

¶ Pars ſecūda hui⁹ ſermōis. in q̄ ponit̄ filij dei natiuitas tēporalis.

SEcūdo ī iſto ſermōe tractandum eſt de natiuitate filij dei temporali ſiue corporali. q̄ natus ē ex matre ſine patre. que ē admirabilis. Quis. n. nō mirabitur q̄ p̄pt̄ noſtram dilectionem eternitas facta ſit noua. īmenſitas parua. pulchritudo deformis. maieſtas abiecta. ſapiā muta. fortitudo infirma. iuſticia rea. ⁊ opulētia facta ſit egena? Quap̄pter natiuitas iſta propter tria p̄batur excellentiſſima. p̄ p̄pter ſanctificationē. 2° p̄pter certificationem. 3° p̄pter mirabilē operationē. p̄ dico fuit excellentiſſima p̄pt̄ ſanctificationē matris

s.ꝛ filij. p̊ fuit ſanctificatio in matre qa nullus purus hō̄ fuit ſanctioꝛ ipſa. Sūt exꝑſſe duo q leguntꝰ ſanctificati ī vtero matno.s.Jeremias ꝛ Johannes baptiſta·q ideo legūtur ſcīficati quia ꝑfigurauerūt verū xp̄m ſanctificātē.

p̊.n.xp̄s ſcīficauit nos ꝑ ſuā paſſionem.i.ad Cor.6°.ca°. aplō atteſtante q ait.Jhus ut ſcīficaret ꝓplm ſuū ꝑ ſanguinē ſuū·extra portā paſſus eſt.quā paſſionem prefigurauit Jeremias ſuis v̂bis.ꝛ ꝑſecutiōibus patienꝰ tolerad.

2° xp̄s nos ſcīficauit ꝑ baptiſmū·ad quē Johēs ſuo baptiſmo hoīes ꝑpara bat.Modo licꝫ iſti duo fuerint ſanctificati.ꝛ ꝑ ꝯn̄s magis ſancti.ꝛ licꝫ figurauerint duaſ magnas ſanctiſicatiōes fiendas ꝑ xp̄m.ꝛ ꝑ ꝯn̄s eoꝝ natiuitas fuit ſcā. Attn̄ iſta btē v̂ginis fuit ſanctioꝛ.Et rō eſt.qa licꝫ ꝑdicti ſic fuerīt ſcīficati ꝙ nūq̄ꝫ peccauerint moꝛtaliꝰ· veꝝ btā virgo ſic fuit ſcīficata ꝙ nūq̄ꝫ peccauit etiā venialiꝰ·ſm Tho.tertia ꝑte.q.27.arti.6°. et Alex.in t̄tia parte ī tractatu de incarnatiōe v̂bi. 2° fuit ſcīficatio ī filio nato.q̊ nullus gr̄a plenioꝛ.quā plenitudinē inſinuat Johēs di.Plenū gratie ꝛ v̂itad. Ad cuiꝰ declarationē notādū eſt ꝙ illud dicitur haberi plene: qd̄ totaliter haberꝰ.ſꝫ qa totalitas dicitur dupliciꝰ·ſic etiā dupliciter diceꝰ plenitudo. p̊ mō totaliter ꝛ plene intenſiue.s.diciꝰ aliquis hr̄e gratiā qn̄ habet illā in ḡdu ſūmo creature coīcando·quo mō ſolus xp̄s hūit.s. qa aīa illa ē ꝑcūctꝭ ꝓpinquioꝛ v̂bo ꝓpꝰ vnionē ꝑſonalem.Et qa gr̄a coīcabaꝰ ei tāq̄ꝫ vni p̄ncipio a q̊ tranſfūderetur ad oēs. 2° dicitur illā habuiſſe plene ꝛ totaliꝰ q̄tū ad oēs effectus ꝑ grām.Vn̄ ſicut ignis īter calidaſūme diciꝰ calidus.ſic xp̄us inter gratioſos dicituꝰ gratioſiſſimus.Et ſicut ſol habet plenā v̂tutē ad oīa gnābilia gnānda.ſic xp̄us habuit plenitudinē ad oēs aīas ꝑ grām gnāndaſ.ut ꝑ ipſū regenerarentꝰ.Et qa ex vnione humanitatꝭ cum dīnitate iſta plenitudo ſic erat ſibi ꝓpa ꝙ alīi nō cōueniebat·ita ut ſicuti eſt ꝓpꝛiū hoī rationabilitas ꝛ riſibilitas ꝙ nulli alīi aīali poſſit cōuenire·eo mō ſit ꝓpꝛiū xp̄o hr̄e plenitudinē gr̄e.Et ideo Johēs ait.Plenū gr̄e ꝛ veritatis.Et ſic patet p̄ma huiꝰ ſecūde natiuitatis excellētia. 2° iſta natiuitas ē excellentiſſima ꝓpꝰ certificationē.qa nulla mulier de ſuo partu vnq̄ꝫ fuit certioꝛ btā v̂gine·ut patet ī duodecim diſcurrēdo. p̊ fuit certificata de materna habilitatiōe.i.ꝙ erat electa a deo ut eēt maꝰ filij dei.Vn̄ inqt angelus Luc.p̊.Inueniſti gratiam apud deū.Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filium.Vn̄ fuit certificata ꝙ erat idonea mr̄ filij dei. 2° de fuꝰe natiuitad vaticinatiōe.Si.n.alij ꝓphe ꝓphetantes fuerūt certificati a deo ītrinſecus de v̂itate quā ꝑdicebāt ꝙ ſic erat verū ſicut ipſi ſpū ꝓphetico videbāt ꝛ annūciabant·ſic ſimiliter cognouit certiſſime facta reuelatiōe āgelica ſpū ꝓphetico ꝙ erat illa vera futura maꝰ filij dei qua ꝓphete ꝑdixerāt. 3° fuit certificata de matni amoꝛis duratiōe. Multe nāqꝫ ſunt mr̄es q̄ pariūt filios q̄ tn̄ ī ꝓceſſu tpis ꝑdūt grām viroꝛū ꝛ filioꝝ.Maria aūt non ſolū in ſuo conceptu certificata fuit ꝙ in ſuo vt̄o fieret īdiuiſibilis vnio dīnitad ꝛ humanitatis in vna ꝑſona.ſꝫ etiā fuit in gr̄a cōfirmata·ſm ꝑdictos doc.vbi ſ̄. 4° certificata fuit de noīs filij dei diuulgatione. Et hꝫ qn̄ dixit illi angelꝰ.Hic erit magnꝰ.ꝛ filius altiſſimi vocabiꝰ.

qđ factū ē qñ dedit illi deus nomē qđ
eſt ſup oē nomē. ut. s. noīet̄ deus ⁊ fi-
lius dei. 5° certificata fuit de regni fi-
lij ſui ꝑpetua duratiōe. Et hꝫ qñ dixit
illi angelus. Et regni ei⁹ nō erit finis.
In cui⁹ ſignū habemus ꝙ oīa regna ⁊
impia finem habuerūt. Nāqꝫ finitū ē
regnū aſſyrioꝝ ī mille ducentis q̄dra-
ginta annis. Regnū medoꝝ nō dura-
uit niſi ānis ducētis q̄dragintanouē.
Regnū romanoꝝ ſub regib⁹ durauit
ducentiſquadragintatrib⁹ annis. In
ſignū vo ꝙ regnū xp̄i nō habebit finē
iam durauit mille q̄dringētis ſexagin
ta. nec vnq̄ t̄minabit̄. 6° certificata
fuit ī Iohis exultatione. Luc. p̄. dixit
Eliſabeth. Exultauit ī gaudio infans
in vtero meo. Hec enī exultatio fuit
īuſitata. ⁊ iō miraculoſa. maxime qa
facta fuit in vtero. ⁊ etiam accelerata
fuit ī infante vſus ratiōis ⁊ volūtatis
ut poſſet int̄ viſcera matna agnoſcere
credere ac conſentire. 7° certificata
fuit in Eliſabeth teſtificatiōe. qa dic-
tum fuerat p āgelum Luc. p̄. Et ecce
Eliſabeth cognata tua. ⁊ ipſa cōcepit
filiū ī ſenectute ſua. Cūqꝫ Maria iuiſ-
ſet in montana ⁊ ſalutaſſet Eliſabeth
ipſa teſtificata fuit v̄ba angelica fore
vera. di. Unde hꝫ mihi ut m̄r dn̄i mei
veniat ad me! 8° certificata fuit Io-
ſeph approbatiōe. cui angel⁹ apparuit
in ſomnis. Math. p̄. di. Noli timē ac-
cipe Mariā cōiugē tuā. quod. n. in ea
natū eſt: de ſpū ſcō eſt. Qđ factū Io-
ſeph approbauit dū ipſam ī vxorē du-
xit. ⁊ ſiłiter cū deo v̄ginitatē ꝑpetuam
vouit. 9° certificata fuit paſtoꝝ ve-
neratiōe. qbus in hac nocte apparens
angelus dixit illud Luc. z°. Annūcio
vobis gaudiū magnū qđ erit oī ꝑplo.
qa nat⁹ ē vob̄ hodie ſaluator ⁊c. Qui
paſtores venerūt ⁊ iuenerūt iux̄ v̄bū
angeli. p q̄ꝝ paſtorū venerationē fuit
certificata btā Maria. x° certificata
fuit angeloꝝ iubilatione. Vñ Luc. z°.
ca°. legit̄ ꝙ facta fuit multitudo celeſt̄
cū angelo cantātes ⁊ dicentes. Gloria
ī altiſſimis deo. xi° certificata fuit ſcī
Symeonis amplexatione. Vñ legitur
Luc. z° ꝙ cū q̄drageſimo die a natiui
tate xp̄i Maria ⁊ Ioſeph portauerunt
Ihm in templū. tūc Symeon ductus
ſpū in templū. cum vidiſſet iſte ſenex
pueꝝ Ihm. eodem ſpū ſcō inſpiratus
cognouit eū mundi ſaluatorē. Aperi-
ens autē brachia ſua ſenilia. fuit ipſū
amplexatus. di. Nūc dimittis ſeruū
tuū dn̄e ⁊c. Que verba cū amplexu
tā feruido fuerunt Marie manifeſta-
tiua filij ſui natiuitatis iocūde. iz° ⁊
vltimo fuit certificata ſcē Anne vati-
cinatiōe. Nā legit̄ Luc. z°. ꝙ ipſa nō
recedebat de templo ſeruiens deo die
noctuqꝫ ieiunijs ⁊ oratiōib⁹. ⁊ ſpiritu
dei mota in ipſa hora qua puer fuit p̄-
ſentatus ſup altare. ſuperuenit ⁊ ipſa ⁊
deum laudabat ⁊ ſpū ꝓphetico plena
oībus p̄ntibus expectantib⁹ redem-
tionem loq̄batur. qa. s. hic paruulus
nup natus erat mūdi ſaluator. Et eſt
aduertēdū ꝑm Tho. pte t̄tia. q. 36. arti.
5°. ꝙ iſte due manifeſtatiōes ſūt excel
lentiores alijs factis. Et ſic patet ſecū-
da excellētia hui⁹ natiuitatis. 3° iſta
natiuitas ē excellentiſſima ꝓpt mira-
bilem opatione. qđ declarat̄ tripliciter.
p̄ ſpūs ſcī actiuitate. Nuſq̄ eni legit̄
ī aliq̄ ſcripturarū veris aut noui teſti ꝙ
aliq̄ ſcāꝝ mulieꝝ ɔcepit d̄ ſpū ſcō. nec
ꝙ aliqs nat⁹ fuerit p̄ de ſpū ſcō ɔcept⁹
niſi ſol⁹ xp̄s. de q̄ cātat eccl̄ia. Qui ɔce
pt⁹ ē de ſpū ſcō. nat⁹ ex Maria v̄gine.
Vñ ſicut alij ſcificāt̄ p ſpm̄ ſcm̄ ut filij

adoptiui ſint dei·iuxta illud Joh.p.
Dedit eis ptātē filios dei fieri. Ita xps
eſt in ſcītate conceptus ut ſit filius dei
naturalis· ſm Tho. pte tcia .q.31.arti.p
Un̄ notandū ad pdicti v̄bi declara-
tionē q̄ h̄ prepoſitio de ſigt habitudi-
nem ꝯſubſtantialitatꝰ ⁊ cauſe efficiētꝰ
ut in h̄ exemplo. Filiꝰ natꝰ eſt de prē.
h̄ ē de ſuba pr̄is cauſantē ipſū .s.p ge-
neratione. Sic ſpūs ſcūs ad xp̄m con-
ceptū habet habitudinē cōſubſtātia-
litatis ex eo q̄ vna ē ſuba pr̄is ⁊ filij ⁊
ſpūs ſci. ⁊ habet habitudinē cauſe ef-
ficientis.s.ad corpus xp̄i. Un̄ cōſub-
ſtantialitas refert ad pſonam carnem
aſſumentē. efficientia aūt refertur ad
corpus xp̄i aſſūptū. Un̄ cū Aug dica-
mus q̄ natus eſt de ſpū ſcō effectiue. ⁊
ex Maria v̄gine naturalit. 2° decla-
ratur h̄ idem parturiētis iocūditate.
Maledictio .n. illa fulminata ꝯ Euam
⁊ ſucceſſores eius non pueniṫ ad Ma-
riam. quia nō concepit de humano ſe-
mine· ſ mystico ſpiramine. Nā in cō-
ceptione ſigilla v̄ginalia remanſerunt
clauſa. Sic ⁊ in natiuitate clauſtra illa
remāſerūt īmota. Non vllū ſenſit cū
alijs mulierib dolorē· ſ p dolore ſen-
ſit ſuauitatē ⁊ mentis iocūditatē· iux
pphetiā Yſa. di. in .ca°. 35°. Germinās
germinabit ſicut liliū. ⁊ exultabit le-
tabūda ⁊ laudans. 3° declarat h̄ idē
cōtinuata v̄ginitate. qa ante partum
ī partu· poſt partū v̄go. Et h̄ pphetā-
tum fuerat Yſa. 7°. ca°. Ecce v̄go cōci-
piet ⁊ pariet filiū. Et ab Ezechiele cō-
tinuanda v̄ginitas preuiſa fuit. qn̄ ca°.
44°. inquit. Porta h̄ clauſa erit ⁊ non
apief. ⁊ vir non tranſiet p eā· qm̄ dn̄s
deus iſrl ingreſſus eſt p eā. Ubi Augꝰ.
Quid ē porta in domo dn̄i clauſa· niſi
q̄ Maria ſp intacta. Et qd ē hō tranſi-
uit p eā· niſi q̄ Joſeph nō cōguit eam
Et qd eſt ſolus dn̄s ītrat ⁊ egreditur
p eā· niſi q̄ ſpūs ſcūs īpregnauit eam.
⁊ angelorū dn̄s naſcetur p eam. Et qd
eſt clauſa erit in eternū· niſi q̄ Maria
v̄go ē ante partū· in partu. ⁊ poſt par-
tum. Hoc aūt quantū ſit magnū mi-
raculū ſic declaro. Due ſūt ſpecies mi-
raculorum. Prima eſt eorum de quibus ē
fides. ⁊ que oportet credē· ut filiū dei
eſſe ī ſacramento· filiū dei reſurrexiſ-
ſe. ⁊ v̄ginē deum ⁊ hoīem peperiſſe. Et
iſta tria ſūt occulta. ⁊ occulte a deo fa-
cta. Secūda ſpecies ē miraculorum que
fiūt ad ſupradictorum fidei cōprobatio-
nem: ut dū apparet in ſacramēto ſan-
guis uel caro uel puer uel ſimilia aliq̄
miora miracula nos aſtruenda ut cre-
damꝰ maiora. Et ita facta fuerūt mul-
ta miracula ī die natiuitatis. de qbus
habet in alio ſermonario de pn̄ia ī hac
ſollēnitate. Cōfirmat ſupdicta Augꝰ
ſup Joh. ſermone. 91°. di. Oīa quidem
ceterorum miracula ſupat xp̄us· q̄ eſt de
v̄gine natꝰ· matriſq̄ integritatē ſolus
potuit· nec cōceptus violare· nec natꝰ.
h̄ ille. Et ſic pꝫ excellentia huiꝰ ſecūde
natiuitatꝰ. ⁊ ps ſecūda huiꝰ ſermōis.

¶ Pars tertia huiꝰ ſermōis. ī q̄ ponitur
filij dei natiuitas ſpūalis.

TErtio in iſto ſermone ānotat
alia filij dei natiuitas q̄ dicit
ſpūalis· q̄ filiꝰ dei naſcitur in
anima cuiꝰcūq̄ fidelis. ⁊ h̄ eſt deſide-
rabilis. Quis .n. nō optet filiū dei ſpi-
ritualit gnāre ⁊ effici pr̄ ⁊ mr̄ eiꝰ! Sūt
n. tres gnātiones fideliū· de quorum cordi-
bus naſcitur xp̄us. Primi ſunt vo-
luntatem dei facientes. de quibus ait
Augꝰ ſmōe 24°. de natiuitate dn̄i. di.

Exultate v̊gines xp̄i. consors vestra ē
mater xp̄i. xp̄m parere nō potuistis. s;
ꝑpter xpm parere noluistis. q non ex
vobis natus est. verūtn̄ si v̊bi ei⁹ me-
mineretis sicut meminisse debetis: estis
etiā matres eius. qa voluntatē facitis
p̄ris eius. Ipse. n. dixit. Qui fecerit vo
lūtatē p̄ris mei. ipse mihi frater soror
7 mat̄ est. Exultate vidue xp̄i. qa fe-
cit fecūdam v̊ginitatē cui vouistis cō
tinētie castitatē. Exulta etiā castitas
nuptialis. oēs fideliter viuentes cum
coniugibus vestris. 7 qđ amisistis ī cor-
pore. seruate ī corde. vbi iam non p̄ōt
eē cū cōcubitu caro integra. sit in fide
v̊go consciā. Hec ille. Secūdi sūt spālit̄
v̊gines. de qbus spālit̄ Aug⁹ fecit mē-
tionē. de quoꝝ cordib⁹ spālit̄ nascitur
xp̄s. quia sicut spālit̄ de v̊gine voluit
nasci corpaliter. ita spāliter ī aīo v̊gi-
nali spālem facit mansionē. ut patet.
quia mira opera sua maxime per vir-
gines voluit opari. Nascitur etiā spe-
cialit̄ de v̊ginibus. qa tēptationes car-
nis in q̄ habitāt p eius iugem medita
tionē expugnāt. iuxta quod ait Iero⁹
ad Eustochiū. Quia īpossibile est in
sensu hoīs nō irruere motum medul-
larū calorem. ille laudatur. ille p̄dica-
tur beatus q statim ut cepit cogitare
interficit cogitat⁹ 7 allidit eos ad petrā.
petra aūt erat xp̄s. Nascitur etiam de
v̊ginib⁹. qa ipsū vbiqꝫ imitātur. iuxta
illud Apoc. 14°. Virgines. n. sūt. 7 se-
quūt̄ agnū quocūqꝫ ierit. Tertij sūt
oēs cōtemplatiui q ī ista sollēnitate p
cōtemplationē debēt filiū dei parere.
Cōtemplare. n. debēt iuxta euangeliū
Luce. egressū esse edictū a cesare Au-
gusto ut describeret̄ vniuersus orbis.
7 ut oēs hoīes ad ciuitatē vnde trahe-
bant ortū pgerēt. 7 qlibet denariū of-

ferret p̄sidi ꝓuincie. 7 se subditū ro-
mano impio ꝓfiteret̄. Ioseph ḡ cū eēt
de gnē Dauid ꝓfectus est ī Bethleem
a Naçareth ducens secū Mariā q̄ erat
vicina partui. Cū igit̄ ābo Bethleem
puenissent. tū qa paupes erant. tū qa
iam ab alijs oīa hospitia capta erāt nō
potuerūt hospitiū īuenire. iō diuerte-
rūt ad quoddā diuersoriū foramen. s
quoddā in cōcauitate terre extra ciui-
tatē. ibiqꝫ boui 7 asino Ioseph presepe
parauit. Asinū. n. duxerat ut sup eum
Maria sederet. bouem v̊o ut vēderet.
7 sic sibi nccīa emeret. Veniēte igitur
p̄ma vigilia noctis. v̊go btā posuit se ī
orōne. 7 ecce apparuit lux q̄ v̊ginē so-
lam cooperuit cū magna multitudine
āgeloꝝ p̄me ierarchie. In secūda vigi-
lia. ecce lux maior totā domū coopiēs.
7 magna multitudo secūde ierarchie.
In hora v̊o medie noctis. ecce lux alia
maxima que domū totā intus 7 extra
cooperiens. totam ciuitatē illumīauit
intantū ut qlibet miraret̄. qa dies cla-
ra videbat̄. 7 cū magna multitudine
angeloꝝ t̄rie ierarchie dulcissime can-
tantiū 7 dicētiū. Ecce venit desidera-
tus cūctis gēti b⁹. Ecce rex regū 7 dn̄s
dn̄antiū. Ecce venit xp̄s vnicus dei fi-
lius: deus 7 hō verus saluator mūdi.
q oēs circūquaqꝫ circūdedert̄ Mariā.
q̄ in medio stans deuotissime ad dn̄m
gratias agens. genibus flexis. manib⁹
in celum eleuatis. xp̄m filiū suū absqꝫ
dolore peperit. Et sine aptura p illam
viam quam natura instituit. ut dicit
Vbertin⁹ de casali. Que ē ī alijs porta
aptionis 7 corruptiōis in generatiōe.
ī hac fuit porta clausa. 7 sigillū ꝑpetue
virginitatis. 7 tn̄ p illā eandem sicut
flos de virga. radius de luce īuiolatus
incarnatus deus tanq̄ sponsus exiuit

ꝺe thalamo.Tũc beata v̾go ipſũ humi
lime adorauit·mani bꝫ ꝓpꝛijs ipſũ ꝺe-
uotiſſime ſuſcepit·pannis paupculis
reuolutũ ſup fenũ ĩ preſepio ĩ medio
ꝺuoꝝ aĩalũ repoſuit·q̄ ſuũ creatorem
agnoſcẽtes eũ genibꝫ flexis adoraue-
rũt ĩ boĩuꝫ confuſionẽ.O igiť ingrata
creatura attende ⁊ conſidera creatorẽ
tui maximam bonitatẽ humilitatẽ ⁊
pauptatem·quas ĩ ſuo ortu ut ſeq̄ris
tibi oſtendere ꝺignatus eſt.Sequere
igitur creatorẽ tuũ·ut ꝺe te illud Yſa.
p̊.nõ ꝺicatur.Cognouit bos poſſeſſo-
rem ſuũ.⁊ aſinꝰ p̄ſepe ꝺñi ſui·iſrł aũt
me nõ cognouit.⁊ ꝓplus meꝰ nõ intel
lexit.Contẽplemur ḡ Jhm paupculũ
natũ ei cõpatiendo·ut ⁊ ipſe miſereať
nr̄i.⁊ ꝑducat nos ad regna celoꝝ.vbi
ipſe cũ pr̄e ⁊ ſpũ ſcõ ſuo viuit ⁊ reg̃t
in ſecula ſeculoꝝ.Amen.

¶ Dñica poſt octauã natiuitatis ꝺñi.ꝺe
pena miſerie pcti.i.ꝙ omnes miſerie
nature humane ꝓceſſerunt a peccato
Sermo.27ꝰ.

REgnauit mors ab Adam vſqꝫ ad
Moyſen etiã ĩ eos q nõ
peccauerũt.Verba iſta
ſunt apłi Pauli ad Ro.5°.ca°.ſcripta.
Poſt multa ſcripta in precedẽti ſacro
aduentu ꝺe pctõ:iam ſupeſt ut ꝺe pu
nitiõe eius aliq̃ ſubiũgamꝰ.Vñ ĩ pn-
cipio iſtiꝰ ſermõis poniť iſta ꝯcłõ.Q̃
oĩs pena q̄ ẽ ĩ hũana nã aliq̊ mõ ꝓceſ-
ſit a culpa.Que ꝯcłõ ſic ꝺeclarať ſm ꝙ
elicitur ex ꝺictis Ricar.nr̄i in 2°.ꝺiſ.
36.arti.2°.q.2.et btĩ Tho.ĩ 4° ſcripto.
ꝺiſ.46.arti.2°.et etiã p̄ma ſcꝺe.q.87
arti.7°.et Bona.ĩ 2°.ꝺiſ.36.arti.2°.q.
2.Pena põt cõſiderari triplicr.uel
inq̃ztũ eſt ſatiſfactoria·uel inq̃ztuꝫ eſt
vindicatiua·uel inq̃ztũ ẽ purgatoria.
P̊ mõ pena põt ꝯſiderari inq̃ztum eſt
ſatiſfactoria.⁊ hͦ q̊dã modo ẽ volũta-
ria.⁊ intꝺũ infligitur nõ ꝓ culpa ꝓpͣa
ſ ꝓ aliena.Sicut exempli gr̄a ĩ rebus
hũanis videmus ꝙ aliqs amici ſui ꝺe-
bitũ in ſe tranſfert ⁊ ſoluit.patuit hoc
in xp̄o q nullã culpam habuit.⁊ tñ ꝓ
nobis ſatiſfaciendo ſuſtinuit.Yſa.53°.
Vere languores noſtros ip̄e portauit.
2° pena põt cõſiderari inq̃ztũ ẽ vin-
ꝺicatiua.⁊ talis ꝓpͤe habet rõnem pe-
ne.⁊ ſp habet ordinẽ ad culpã·uel ꝓ-
priã.s.actualẽ·puta qñ aliqs uła ꝺeo
uel ab hoĩe ꝓ pctõ ꝯmiſſo puniť.uł ad
culpã originalẽ.⁊ hͦ ꝺuplr.uel p̄ncipa
liť.⁊ ſic pena pctĩ originalꝭ ẽ ꝙ nã hũa-
na ſibi reliq̃ť originalꝭ iuſticie auxilio
ꝺeſtituta.uel ꝯſequẽť.s.inq̃ztũ ad pec
catũ originale oẽs penalitates ex ꝺefec
tu nãe in oĩbus cõtingũt ⁊ cõſequũť.
Ad iſta facit ꝺictũ Jero.Quicqd pati-
mur·pctã noſtra meruerũt.3° poteſt
pena cõſiderari inq̃ztũ eſt purgatoria.
⁊ talis ꝓpͤe nõ habet rõnẽ pene ſ me-
ꝺicine.⁊ iſta põt eſſe in aliq̊ ſine culpa
ut illa pena q̄ ẽ medicinalis ipſi puni-
to uel ſui meriti ꝓmotiua·non tñ ſine
cauſa:q̄ tñ non eſt niſi culpa·uel ꝓpͣa
ad euitandũ·uel aliena ad timorẽ in-
cutiendum.Vñ nota ꝙ culpa ordina-
tur ad penam ut medicina.ſed non ſp
ut medicina illiꝰ qui peccauit·ſ alioꝝ.
Q̃.n.latro ſuſpendatur·nõ eſt ad cor-
rectionem eius.Similiter ꝙ homo in
inferno ꝺamnetur·non eſt ad correc-
tionem eius.ſed qñqꝫ pena ordinatur
ad culpam ut alterius medicina·ſicut
fur ſuſpenditur in bonum totius cõi-
tatis ne paſſim cõmittantur furta.Et

aliqs in inferno dānatur ad decorem
vniuerſi·ne in mūdo remaneat aliqd
īordinatū ſi culpa p penā nō ordinat̃.
Ex qb⁹ patet q̄ nō ē pena niſi ꝓpt̃ cul-
pam·qd̾ v̾ba ꝓpoſita apte declarant
dicentia. Regnauit mors ab Adā vſq̄
ad Moyſen ⁊c̄.ſ. ꝓpt̃ pctm̄ eius. In p-
ſenti igit̃ ſermōe de penalitate peccati
tractantes mouet̃ tm̄ vna magna dif-
ficultas. videlʒ. Si oēs corruptiones ⁊
miſerie q̄s videm⁹ in humana natura
ꝓceſſerunt a pctō. Ad cui⁹ declaratio-
nem tria ānotant̃·quoꝝ
Primū dicitur euidēs cōtrariatio.
Secūdū v̾o lucida declaratio.
Tertiū aūt fūdata reſponſio.

¶ Pars pma hui⁹ ſermōis. in qua ponit̃
predicti dubij cōtrariatio.

PRimo igitur in iſto ſermone
qn̄ q̄rit̃. vtrū corruptiones ⁊
miſerie q̄s videm⁹ in huma-
na nā·utputa infirmitates·paſſiones·
dolores·triſticia·inclinatio·ꝓnitas ad
malū inſint ei a ſue conditiōis pmor-
dio: inſurgit ꝯrietas. qa videt̃ p̊ ꝓba-
ri q̄ iſta ſint ex pctī merito. ⁊ h̾ tripli-
cit̃. p̊ fūdamento ratiōis ſic. Sicut ſe
habʒ pmiū ad meritū·ita pena ad pec
catū. uel ſicut v̾tuti debetur pmiū·ita
culpe debet̃ pena. ſ ad iuſticiā dei pti-
net pmia reddē bonis. g̊ ⁊ penas īfer-
re malis. p̄. Pena dr̄ q̄ſi punia. ſed
tūc aliqs pati ⁊ puniri dicit̃ qn̄ maluʒ
patit̃ ꝓ malo aliq̊ volūtario qd̾ cōmi-
ſit. ſ malū qd̾ aliqs volūtarie cōmiſit
ē malū culpe. g̊ pena ꝓpe eſt ex culpa.
p̄. Dyo⁹ ī 4°. de diui. no. ait q̄ puni-
ri nō ē malū ſ fieri pena dignū. ſ nul-
lus efficit̃ pena dign⁹ niſi p culpam. g̊
⁊c̄. Cōfirmat btūs Tho. in q̄ſtionib⁹
diſputatꝭ de malo. q. i. arti. 4°. vbi dic
q̄ nullū nocumētū creatura rationalꝭ
īcurrere pōt nec q̄tū ad aīam nec q̄tū
ad corpus nec q̄tū ad alia bona extrio-
ra niſi p̄cedēte culpa·uel ī pſona uel ī
nā. 2° h̾ idē ꝓbat̃ fūdamento fidei q̄
clamat ⁊ dicit filiū dei paſſū eē ut nos
a morte eripet·in q̄ nos īduxerat pri-
mus patēs. Vn̄ Aug⁹ ī li° 3°. de verbis
dn̄i·ſermone 6°. ait. O mors vbi ē vic-
toria tua? pcuſſiſti·vulneraſti·deieci-
ſti. ſ vulneratus ē ꝓpt̃ me q fecit me.
⁊ de morte ſua vicit te. Et ſup p̊s. 51°.
idē ait. Mortu⁹ eſt xp̄s·mortis interfec-
tor fuit. ⁊ magis ī illo mors mortua ē
q̄ ipſe ī morte mortu⁹. h̾ ille. 3° h̾ idē
ꝓbat̃ auctoritate veteris ⁊ noui teſtī.
Nam ī veteri teſtō Gen̄. 2°. dictū fuit
Ade. Morte morieꝛ. ſ. ſi pctm̄ feceꝛ. g̊
p culpam īobediētie penā mortalitaꝭ
īcurrit. igit̃ ⁊c̄. Itē ꝓbat̃ auctoritate
noui teſtamēti ad Ro. 5°. vbi ait apl̾s.
Sic p vnū hoiem in hūc mūdū pctm̄
ītrauit ⁊ p pctm̄ mors: ita ī oēs hoies
mors ptranſijt ī quo oēs peccauerūt.
g̊ videt̃ ⁊c̄. Sed oppoſitū videt̃ trib⁹
medijs. p̊ medio ſūpto ī pncipio na-
turalis philoſophie que dic 2° phyſi-
coꝝ. ⁊ 2° de aīa. Finis q̄dāmō diuʒ eſt
hō. cum igitur hō ſit mundus minor·
ideo vocat̃ microcoſm⁹. i. mūdus mi-
nor. 2° phyſicoꝝ. Ideo Joh̄. p̊. Et mū-
dus eū nō cognouit. i. hō ꝓpt̃ quē oīa
facta ſūt debet hr̄e nālem ꝯformitatē
ad mūdū maiorē·q ꝓpter ipſū factus
ē a pma ria ſua cōditiōe. ſed ita vide-
mus in maiori mūdo q̄ inferiores or-
bes contrario motu mouētur orbi ſu-
periori ſm̄ q̄ dicunt philoſophi natu-
rales·ut phus in li° de celo ⁊ mūdo. g̊
pari rōne videt̃ q̄ ī hoīe p naturā por-
tio ſenſitiua mouet̃ ꝯ iudiciū ratiōis.

ſ hẽ corruptio que ẽ ĩ nobis maxime
ĩordinata. ſi igiť hẽ a pma cõditione.
videť qꝫ ⁊ oĩs alia. g̊ ꝛc. 2° ꝓbať me-
dio ſũpto ſm pncipia moralis philo-
ſophie. Dicit. n. moralis phs 2° ethi-
coꝝ. ca°. 3°. Virtus ẽ difficiliũ moꝝ opa-
tiua. nec ẽ aliq̃ ṽtutis laus vbi nulla ẽ
difficultas. ſi igiť hõ fuit conditus ad
virtutẽ diſpoſitus. videť qꝫ a pma ſua
cõditione habuit difficultatẽ faciẽdi
bonũ ⁊ vitandi malum. ⁊ ĩ tali fuiſſet
diſpoſitus qꝫ oĩs ṽtus poſſet ĩ eo habẽ
ſuũ vſũ. g̊ videť creat⁹ cũ h⁹mõi cor-
ruptionibꝫ. 3° ꝓbatur medio ſũpto
ex pncipiis theologie. Dicit enĩ p ſcri-
pturam ſpũs ſcũs qꝫ via pueniendi ad
gloriã ⁊ ſublimitatẽ eſt p ignominiã
⁊ p humilitatẽ. via pueniẽdi ad tran-
qllitatẽ ẽ p labores ⁊ tribulatiões. De
pma hr̃ Luc. 14°. et. 18°. Qui ſe exaltat
humiliabiť. ⁊ q ſe humiliat exaltabiť.
De ſecũda hr̃ Act. 14°. Oportet nos p
multas tribulatiões introire ĩ regnuꝫ
dei. habeť. i. q. 3. c. ſaluator. Et Iac. p̊
dr̃. Oẽ gaudiũ exiſtimate frẽs cum ĩ
tẽptatiões varias ĩcideritꝫ. Et Ro. 5°.
Tribulatio patiẽtiã opať. patiẽtia ꝓ-
bationẽ. ꝓbatio ṽo ſpem. ſpes nõ con
fundit ꝛc. Si igiť debuit ſic fieri hõ qꝫ
eẽt diſpoſit⁹ puenire ad gloriã ⁊ vic-
toriã ⁊ pacẽ pfectã. videť qꝫ humana
nã ĩ penalitatibꝫ ⁊ corruptiõibꝫ ĩ qbꝫ
modo eſt. a ſuis pmordiis fuerit ↄſti-
tuta. g̊ ꝛc. Et ſic patet pars pma hui⁹
ſermonis.

¶ Pars ſecũda hui⁹ ſermõis. in q̃ ꝑdic-
ta dubitatio declarať lucide ⁊ apte.

Secũdo ĩ iſto ſermone ꝑdicta
dubitatio declarať ſm Bona.
ĩ 2°. diſ. 30. arti. p̊. q. i. di. qꝫ at-
tendendũ ẽ qꝫ ratio ĩ inqrendo dupli-
cit põt ꝓcedẽ. Aut ꝓut ẽ adiuta radio
fidei. ⁊ ſic ꝓcedit aſpiciẽdo ad cauſas
ſupiores. Aut ꝓut iudicio ꝓpo relicta
eſt. ⁊ ſic ꝓcedit inſpiciẽdo ad cauſas ⁊
naturas inferiores. acqrendo. ſ. ſciam
p viã ſenſus ⁊ expiẽtie. Et iſto mõ ra-
tiocinando ꝓceſſerunt phi q nõ aſpe-
xerũt ĩ hoĩs cõditiõe ſuũ pncipalẽ ac-
torẽ. ſ; aſpexerunt pncipia ↄponentia
⁊ opationes q̃s habet p ṽtutẽ nãe. Et
ſm hũc modum ratio poti⁹ diſcordat
ṽitati catholice q̃ꝫ cõcordet. Et hẽ rõ
q̃re phi nõ puenerũt ad lapſus huma
ni cognitionẽ. qa eis videbatur valde
rõnabile hoĩem ſic fuiſſe cõditũ. Do-
ctores catholici ⁊ fideles quia ratioci-
nanť pmo mõ aſpiciẽdo ad cãs ſupio-
res. multũ cõſonũ viſũ eſt eoꝝ ratiõi
qꝫ de⁹ ĩ tanta calamitate ⁊ miſeria in q̃
nũc eſt hoĩeꝫ nõ fecerit a pncipio ſue
cõditiõis. Et ꝓbať tribꝫ mediis. p̊ ex
pte diñe iuſticie. 2° ex pte diñe ſapie.
3° ex pte diñe bonitatꝫ ⁊ clementie. p̊
ex pte diñe iuſticie arguitur ſic. Nulli
iuſte ĩfligiť pena niſi ꝑcedat culpa. ut
dictũ ẽ ſ. Vñ Exo. 23°. Iuſtũ ⁊ ĩnocen
tem ne occidas. Et Danieľ. 13°. Inno-
centẽ ⁊ iuſtũ non interficias. Et lex im-
perialis inqt. Itaqꝫ deo ⁊ ſaluatori nr̃o
oẽs offerant hymnos ꝓ lege quam eis
dedit. ⁊ patrias habitare caute. ⁊ ꝓpas
facultates hr̃e firmiſſime. ⁊ iudicium
frui iuſticia. Nã ꝓptea poſita ẽ ut iu-
ſticiã q̃ ĩ lege ẽ valeam⁹ dño deo vouẽ
⁊ noſmetipſos ⁊ noſtrum cõmendare
impiũ. ⁊ non videamur hoĩes deſpicẽ
oppſſos ↄ̃ iuſticiã q̃s nob̃ tradidit de⁹
ut ei p oĩa paream⁹ ei⁹ ſequẽtes beni-
gnitatẽ. in Auten. ut iudi. ſine quoq̊
ſuf. §. itaqꝫ. colľ. 2. conſti. 2. Ecce g̊ qꝫ
eſt contra iuſticiam innocentes pena

flectere. Sed nihil aliud ē pena q̄ʒ paſ-
ſio ĩuoluntaria in creatura rationali.
Nam de ratione pene eſt ꝙ ſit ĩuolun
taria. Cuius ratio eſt ſcd̄m Tho. in q̄-
ſtionibꝫ diſputatiſ de malo. q. i. arti. 4°.
q̄a voluntas vniuſcuiuſqʒ in bonū ꝓ-
priū ⁊ ſibi cōueniēs naturalit̄ inclina-
tur. ḡ ſicut frui bono ē delectabile q̄a
conuenit voluntati. ita priuari bono
uel pati malum ē pena. Sequitur ḡ ꝙ
nullo modo talis paſſio fuerit in hoīe
anteq̄ʒ preceſſerit culpa in eo. igitur ta
lis corruptio non fuit in humano ge-
nere a p̄mordio ſue conditiōis. ſed ex
merito tranſgreſſionis. Cōfirmatur
predicta ratio iuſticie. ſic. A ſūma iu-
ſticie eq̄tate nulla procedit curuitas ⁊
obliquitas. ſed humana natura nō ſo
lum corrupta eſt corruptione penali-
tatis. verū etiam corruptione curuita-
tis. quiā videmus hoīes ex corruptio-
ne ſibi indita inclinari ad malum. Vn̄
Gen̄. 8°. Senſus ⁊ cogitatio cordis hu
mani ab adoleſcentia ſua in malū ꝓna
ſunt. quod etiam habetur extra de p̄-
ſūptionibꝫ. c. cum in iuuentute. et. xi.
q. 3. c. ꝓcliuis. et. i2. q. i. c. oīs etas. vbi
dicitur. Omnis etas ab adoleſcentia ĩ
malum prona eſt. ḡ nūq̄ʒ a diuina iu-
ſticia ꝓceſſit ꝙ humana natura ſit cor-
rupta in ſui p̄mordio. ḡ ſi corrupta ē.
hoc eſt ſolum peccati merito. igitur pʒ
⁊c. Q̄ʒ ſi contra p̄dictam rōnem ar-
guatur. s. ꝙ non repugnet diuine iu-
ſticie ſic eſſe factum hoīem a p̄mordio
ſue conditiōis. ſic. Non eſt maioris in-
nocentie hō q̄ʒ ſit ouis uel agn⁹. ſʒ ouis
⁊ mortalis ⁊ paſſibilis producta fuit
a deo ita ꝙ in nullo ex hoc derogat̄ di-
uine iuſticie. ḡ pari rōne videtur ꝙ ſi
talem ꝓduxiſſet hoīem qualis nūc eſt
non videret̄ in aliquo derogari eidē.

Ad hoc reſpondetur ꝙ non eſt ſimile
de hoīe ⁊ de oue. Homo. n. q̄ rationis
particeps eſt: capax eſt beatitudinis
⁊ iuſticie. Nam ē aīal ciuile ⁊ politicū
p̄ polit. p̄ ethicorū. eſt prudentiſſimū
oīuʒ aīaliū 2° de aīa. Et ideo interro-
gatus Democritus ſicut refert Boeti⁹
ĩ li° de arte muſica. quid int̄ hoīes pe-
coraq̄ʒ diſtaret. reſpōdit: ſapient̄ ſen-
tire. Etiā ꝑ oppoſitum eſt capax culpe
⁊ miſerie. Vn̄ ſicut in hoīe obliquari
culpa eſt. ſic ⁊ pati pena ē. In oue aūt
neutrū contingit reperire. ideo paſſibi-
litas ouiſ nihil facit ad deordinationē
dīne iuſticie cui⁹ eſt conſiderare me-
ritorū exigentiam. non ſic aūt ē de paſ-
ſione ĩ natura humana. ḡ videtur ⁊c.
2° idem ꝓbatur ex parte dīne ſapiē
ſic. Vbicūq̄ʒ eſt ſūma ſapientia ibi eſt
ſūma pulchritudo. Sic exponit Aug⁹
in li° de trini. 6°. Quare ſpecies appro-
priatur filio cui etiā appropriat̄ ſapīa.
Jō idem Aug⁹ loquēs ĩ li° meditatio-
num. ca°. 3°. ad deum. inq̄t. Circūſpicit
aīa mea miſera. ⁊ nō videt pulchritu-
dinem tuā. Auſcultat: ⁊ non audit ar-
moniā tuā. Olfacit. ⁊ non ꝑcipit odo-
rem tuū. Et ĩ li° de ſpeculo. ca°. 8°. idē
ait. Si op̱a tua ita ſūt magna ⁊ inſcru-
tabilia pulchra atq̄ʒ ſtupēda. qualis es
tu pulcherrimus creator eorū! Cōſtat
n. opificem oīuʒ longe aliter ſe habere
q̄ʒ ea que a ſe fieri volunt. Ex pulchri-
tudine tn̄ circūſcripte nature ⁊ mūdi
rerū oīuʒ mirabili ſpecie pulchritudo
tua que tu ipſe es. q̄a ſimplex ⁊ excel-
lentia glorie tue q̄ circūſcribi nō pōt:
intelligi aliquatenus valet. hec ille.
Sed cauſa ⁊ effect⁹ debēt eē ꝓportio-
nata. 2° poſteriorū. 5° metaph. ⁊ meli⁹
2° phyſicorū. et i2° metaph. cōm. ḡ a
ſūma pulchritudīe nihil ꝓcedit turpe

aut fedū·nihil qđ rationalē offendat
aſpectū.Cum igit̄ in hoīe ratiōe vtēte
ſint aliq̄ paſſiōes cōditionales de qbꝫ
rōnabilit̄ erubeſcit.ḡ talis paſſio nūq̄
fuit in hoīe a ſua pma origine·uel fuit
ſic·uel merito trāſgreſſiōis.ḡ ꝛc. Cō-
firmat̄ iſta rō ſapīe ſic.Vbicūq̄ ītelli-
gitur ſūma ſapīa ītelligit̄ ſūma ꝺitas
⁊ ſūma equalitas.ſed a ſūma eq̄litate
nulla debet ꝓcedere īproportionabili-
tas.ſ duratio ⁊ conſeruatio corpis ſm
ſtatū pn̄tis miſerie eſt īproportiona-
bilis aīe q̄ eſt eius forma.qa h̄ eſt tem
porale·illud ꝑpetuū.Separat̄.n.h̄ ab
illo tāq̄ perpetuū a corruptibili 2° de
aīa.ḡ nūq̄ humana natura ſic ꝓducta
fuit a pmordio ſui a ſapīa ſūma.videt̄
ḡ q̄ ī h̄ ceciderūt ex ꝓpa culpa.pꝫ ḡ ꝛc.
Q̄ ſi ꝯ iſtam rōnem arguatur.s.q̄ h̄
nō repugnet diuine ſapīe.ſic.Scđm idē
exemplar ſm qđ deus ꝓduxit hoīem
de t̄ra·ꝓduxit etiā alia aīalia ⁊ aīantia
⁊ corpa mixta.ſ h̄ non repugnat pul-
chritudini diuini exēplatis q̄ ex q̄tuor
elementis ꝯpoſita ſint corruptibilia·ut
patet p̄ de celo ⁊ mūdo·īmo h̄ facit ad
ordinem vniuerſi ſicut ī pluribꝫ locis
oſtendit Aug⁹.ḡ nō videt̄ eē ꝯ ordi-
nem ſapīe ſi deus hoī eaſdē ꝓprietates
⁊ paſſibilitates a natura indidit quas
etiā dedit alijs aīalibꝫ.ḡ ꝛc. Ad h̄ re-
ſpōdet̄ q̄ nō ē ſile ꝓ eo q̄ alia aīalia ab
hoīe nō hn̄t formā cōpletiuā īcorru-
ptibilē.In ſolo aūt hoīe aīa eſt īmorta
lis p naām. Vn̄.12°. metaph .ait phus.
Nulla forma p̄exiſtit ſuo ſubiecto.⁊
ſi aliq̄ remanet rōnalis eſt.Et iō mor-
talitas ī alijs aīalibꝫ non ponit aliquā
proportionem pfectibilis ad ſuam p-
fectionem ſicut ponit ī hoīe·ac p hoc
nec ita repugnat mortalitas ī alijs ani
malibus ordini quē ſapīa ſeruat ī reꝝ

conditione ſicut mortalitas reperta ī
hoīe. 3° idem ꝓbatur ex parte bonita-
tis diuine·ſic. A ſūma bonitate nihil ꝓ-
cedit quod magꝭ ſit propinquū ad ma
lum q̄ ad bonū·cum vniuerſa ꝓpt̄ ſe-
ipſū ſua bonitas operetur.pꝰ.16°. Vni-
uerſa ꝓpter ſeipſū fecit deus.Nam ⁊
Plato in thimeo·ait.Bonitas dei fuit
cauſa factiōis mūdi.⁊ oīuꝫ reꝝ origo.
Et phs 5° ethicoꝝ·inq̄t.Optimus eſt
ille qui vtitur bonitate ſua etiā ad ali-
os non ſolum ad ſe.Et quid meli⁹ deo
qui ē ſūma bonitas.Cum igit̄ ſenſus
⁊ cogitatio hoīs prona ſūt in malum
ab adoleſcentia ſua ut dictū eſt s̄.igit̄
in illa corruptione in qua eſt non fuit
humana natura a ſūma bonitate ꝓdu
cta. Nam ⁊ Apuleus phus.Nihil eſt
deo ſimili⁹ q̄ vir aīo pfecte bonus·q̄ſi
di.Deus ē bonitas.ḡ boni ſunt ſibi ſi-
miles.Non igitur fecit hoīem diſſimi
lem·īmo ad ſimilitudinem ſuam.nō
ḡ magꝭ ad malum q̄ ad bonū pronū.
Cōfirmatur iſta rō ſic.Nihil ꝓcedit
a ſūma bonitate quod eſt dignū male-
dictione.ſ multe ſūt ī nobis paſſiōes
maledicte propt̄ quas tam Iob q̄ Ie-
remias maledixit diei ſue ī qua natus
eſt·dicens.Pereat dies ī qua natus ſū
Iob.3°. ca°. Et in lege maledicebantur
ſteriles mulieres.Et hodiernis tpibꝫ
videm⁹ multos ꝓpt̄ tribulationes q̄s
patiūt̄: maledicentes diē ⁊ horā in q̄
nati ſūt·imprecantes ſibi mortē.ḡ nō
videtur q̄ humana natura ī ea corru-
ptione qua nunc eſt·creata ſit a ſūma
bonitate.videt̄ ḡ q̄ ī hāc corruptionē
⁊ ſtatū deuenerunt merito culpe ſue.
Q̄ ſi ꝯ iſtam rōnē arguat̄ q̄ h̄ nō ſit
ꝯ ordinem diuine bonitatis. Ad ſuam.n
bonitatē ſpectat dare vnicuiq̄ ſm in-
clinationē cōpetentē ſue nat̄e. ſ ſicut

aīa rōnalis delectat̃ in bono ſimplicit̃
ita aīa ſenſibil̃ ī bono ut nūc. Et ſicut
terra habet qeſcere deorſū· ita ⁊ ignis
ſurſū. Si igit̃ deus oī hoī dedit ꝓpꝛias in-
clinatiōes. igit̃ a ꝑmaria hoīs ꝯditiōe
erat diuerſitas appetituū ī ſenſuali ra-
tionaliqꝫ. Erat nihilominꝰ diuerſitas
in elementis corpus cōſtituentibus.
Si igit̃ diuerſitas ꝑme īclinationis fa-
cit rebellionē. ⁊ diuerſitas ſecūde īcli-
natiōis īducit tēptationū pugnā. vi-
detur ꝙ ſi hō hͦ mō condituꝰ eēt· ī nullo
derogaret̃ bonitati diīne. ḡ videtur ⁊c.

Ad hͦ rn̄det̃ ꝙ verū ē ꝙ ſūme bonitađ
eſt dare vnicuiqꝫ ſuā inclinationē. ſed
ſaluo ordine q attēdit̃ int̃ res ſm ꝙ cō
parāt̃ ad īuicē· qm̄ bonitas nō ꝑiudi-
cat ſapīe. Et qa ſm ordinē nāe corpus
debet eē ſubiectū aīe· ſenſualitas ſub-
iecta debet eſſe rationi· ſic debuit deus
dare īclinationē tam corꝑi hoīs qꝫ ſen
ſualitati carnis ꝙ in nullo ꝑiudicaret̃
ordini ſiue rectitudini ratiōis. Et hic
ē ꝙ ſi ſenſualitas bonū ut nūc appetēt
nulla tn̄ erat rebellio ī primo hoīe. qa
tātum appetebat ſicut ratio dictabat.
Nūc aūt eſt rebellio. quia preter iudi
ciū ratiōis frequent̃ appetit. ⁊ ꝓpt̃ hoc
brutales effecti ſumꝰ. ⁊ iumēt̃ īſipien
tibꝫ ꝯparati· cū tn̄ hō ī primordio cō-
ditꝰ fuerit ī honore ⁊ dignitate ratio-
nis. Et ſic patet deciſio huiꝰ magne q̄-
ſtionis ſm ꝑdictū doctorem ſeraphi-
cum Bonauenturam.

¶ Pars tertia huius ſermonis. ī qua re-
ſpondetur ad predicti dubij cōtrarīa-
tionem.

TErtio ī iſto ſermōe rn̄det̃ ad
argumenta q̄ videtur ꝑdicti
ꝯcłoni eē ꝯ̄ria. Dicēdū ḡ ad
ꝑmū ī oppoſitū de dıſitate motuū or-
biū celeſtiū. Q. ⁊ ſi videat̃ ibi eē ꝯ̄trie-
tas· nō tn̄ ē ibi ꝯ̄trietas īmo ordinatio
recta· pro eo ꝙ ſpera ſuꝑior ſꝑ mouet
inferiorē. ⁊ nūqꝫ īferior ſuꝑiorē. Nūc
aūt ī nob̄ nō eſt ſic· pro eo ꝙ videmus
aliā legem ī mēbꝛ̄ nr̄is repugnantem
legi ment̄ nr̄e. ⁊ captiuantē nos ī ſer-
uitutē pctī· ut pꝫ ꝑ aplm̄ Ro. 7°. Ad
ſecūdū qđ obijcitur ꝙ v̓tus ē diffici-
limoꝝ opatiua. Reſpondēdū ē ꝙ q̄dā
ē difficultas q̄ venit ex gnē opis. que-
dam v̓o q̄ venit ex defectu operantis.
Prima difficultas ē de eſſentia v̓tuꝫ.
Virtus. n. inq̄tū v̓tus circa magna cō
ſiſtit ⁊ ardua. hͦ aūt difficultas ī hoīe
ꝑmo nō fuit ſic. Hō enī ita pfecte deo
obediuiſſet ⁊ deo adheſiſſet. ſicut pfec
tio virtutis obedientie ⁊ amicitie hoc
reqrit. ⁊ ſic de alijs v̓tutibus. Eſt alia
difficultas q̄ venit ex defectu opant̄.
⁊ iſta qdē nō ē de eēntia v̓tuꝫ. īmo ac-
cidit v̓tuti ſm ꝙ v̓tus ē. Et iō ad hͦ ꝙ
hō eēt v̓tuoſus nō oportuit hāc diffi-
cultatē repiri ī hoīe ī ꝑmordio. Et ꝙ
illud ſit verū hͦ planū ē. Quāto. n. ali-
qs magꝭ ꝓficit ī v̓tute· tāto magꝭ opat̃
cū minori difficultate ex pte ſui. Si igit̃
hͦ difficultas eēt de v̓tuꝫ eēntia· ſm ꝙ
hō ꝓficēt minueret̃ ī eo v̓tuꝫ excellen
tia· quod falſū eē nemo dubitat. Ad
t̃tiū qđ obijcit̃ de via ꝑueniēdi ad ſa-
lutē. Dicēdū ē ꝙ ſacra ſcript̃a tradita
ē hoī lapſo. ⁊ documēta ꝑ q̄ ꝑducatur
ad patriā ſm ꝙ ſtatui pn̄ti ꝯpetit. Iō
ex hiſ nō pōt argui ꝙ talis debuerit hō
fieri ut ꝑ hanc viā deueniret· tales. n.
vie ſūt valde aſpe. Si aūt hō nō peccaſ
ſet· nō cū aſperitate ſ cū leuitate ꝑue-
niſſet ad ſuū finē. Et ē ſile. qa ſanitas
ꝑ bona cibaria ⁊ ſuauia conſeruatur. ſ
nō recuꝑatur niſi ꝑ paſſiōes amaras.
Cōcluſio ē ḡ ꝙ oīs miſeria· corruptio

⁊ paſſio q̄ in humana naťa eſt ꝓceſſit a
pctō· nō a conditore nr̄o. Confirmat
hanc ↄcl'onē Aug⁹ in ſermone 27°. de
reſurrectione xp̄i. di. Maloꝝ oīuȝ no-
ſtroꝝ cā pctm̄ eſt. Non. n. ſine cā ma-
la iſta hoīes patiūtur. iuſtus eſt oīpo-
tens deus· non iſta pateremur ſi non
mereremur· ſed cum ſumus in penis
ad quas venimus ꝓ peccatis noſtris:
dn̄m Ihm xp̄m cogitem⁹ qui voluit
eſſe in penis nr̄is ſine peccatī noſtris· ſ
ſuſtinendo ſine culpa penam. ⁊ culpā
ſoluit ⁊ penam. Culpam ſoluit pecca-
ta donando· penā ſoluit mortuos ſuſ-
citando. Et. 20. de ciui. dei. ca°. 6°. Oēs
n. mortui ſunt in pctis· nemine ꝓrſus
excepto ſiue originalibus ſiue etiā vo
luntatī additī· uel ignorando uel ſcien
do· nec faciendo qđ iuſtū eſt. ⁊ ꝓ oībꝫ
mortuis viuus mortu⁹ eſt. Viuus eni
nullum hn̄s oīo peccatum· ut qui per
remiſſionem pctōꝝ viuūt· non iam
ſibi viuant· ſed ei qui mortu⁹ eſt ꝓpť
pctā noſtra. ⁊ reſurrexit ꝓpť iuſtifi-
cationem nr̄am: ut credentes in ipſū
qui iuſtificat impiū· ex īpietate iuſti-
ficati tāq̄ȝ ex morte viuificati ad p̄mā
reſurrectionem etiam nūc ptinē poſ-
ſimus. Ad hanc. n. non ptinent niſi q
beati erūt in eternū. Ad ſecundam v̊o
beati ⁊ miſeri ptinebūt. hec ille. Ecce
g̊ in quantam deducti ſumus miſeriā
propter peccata noſtra. Nō g̊ dicam⁹
naturam eſſe male conditam. quia ſic
maledicerem⁹ conditorem· quod im-
piiſſimū eſt· ſed īputemus parentibꝫ
qui exiſtentes inobedientes mādato
deus in hoc mūdo propter peccatum
infligit.

PRimo igitur in iſto ſermone
tractandū eſt de pena pctī ex-
teriori q̄ dicitur pena vindic-
te. qua deus ī hoc mūdo ſepenumero
pctōres in pctō dormientes punit. af-
fligit ⁊ cruciat. fame. ſiti. infirmitati-
bus. peſtilētia. guerris. cariſtia. ⁊ mul
tis calamitatibus ⁊ miſerijs. Merito
cui⁹ vindicte mouet̄ vnū dubiū. Utrꝫ
ī oī ope dei ſit miſericordia ⁊ iuſticia.
Nam videtur ꝙ iuſticia ſiue ſeueritas
dei plerūqꝫ tantū appateat ꝙ nihil re-
lucet de mīa. ut patet ī grauiſſimis pe-
ſtilētijs. in q bꝫ moriūtur paruuli in-
nocētes. alij etiam īpenitētes īprouiſa
morte rapiūtur. ꝑ̄. Cum in eterna
damnatione oēs mali eternaliter cru-
ciabūtur. magna ſeueritas videt̄ iterꝫ
cruciari eos in h̾ mūdo. Attn̄ ſcriptu-
ra ſacra clamat. Uniuerſe vie dñi mīa
⁊ veritas. Ubi Caſſiodor⁹ ait. Hec due
ſimul ſūt in omni ope dñi. ⁊ ſi nō nob̾
manifeſte ſꝑ appareāt. ꝑ̄. de pe. diſ. i.
§. taciturnitas. dicitur. Dn̄s qui miſe
ricors eſt ⁊ iuſtus. ſicut ſeruat iuſticiā
in miſericordia. ita miſericordiam in
iuſticia. Et Aug⁹ ait. Deus q res oēs
curat. ita miſericorditer curat ut miſe
ricordia nō ꝑcludat iuſticiam. ⁊ iuſti
cia miſericordiam non excludat. Et ī
ſermone 5°. de paſſione dñi. idē Aug⁹
inqt. Quis multum ꝑ̄ſumere debeat
de mīa dei. nō tn̄ negligere debetis ei⁹
iuſticiā. Cum iuſticia. n. te iudicabit
cū mīa te redemit. h ille. Ad h̾ rn̄det̄
ſm doctrinā multoꝝ doc. s. btī Tho. ī
4°. ſcripto. diſ. 46. arti. 2°. q. 2. et beati

Bona.ibidem.arti.2°. q.2.et in p̊.diſ. 47.in queſtionibus circa litteram.⁊ Ricar.de media villa ibidē.arti.2°. q.3 ⁊ doc.ſubtilis ibidem.arti.4°. et doc. irrefragabilis Alex.de ales in prima pte in tractatu de miſericordia⁊ iuſticia dei·ſic colligendo.Q̄ triplicit̄ dicit̄ miſericordia.Coīſſime pro affluentia diuine bonitatis.Coīter.p benignitate in largitione bonorū.Stricte.p pietate in ſubleuatiōe malorꝫ. Similiter ⁊ iuſticia dicitur tripliciter.Coīſſime pro condecētia dīne ſapientie⁊ bonitatis. Coīter pro liberalitate in retributione bonorꝫ. Stricte dicitur ſeueritas in punitione malorꝫ.Si ḡ capiat̄ p̊ modo miſericordia.⁊ p̊ modo iuſticia·ſic in omni opere dei eſt miſericordia⁊ iuſticia.Miſericordia.quia nihil facit niſi ex affluētia ſue bonitatis.Juſticia.quia nihil facit quod nō condeceat ſuā ſapiētiā⁊ bonitatē.Si 2° mō capiatur miſericordia ⁊ iuſticia·ſic in omni tali opere coniūcte repiūtur.Juſticia.quia non retribuit niſi merētí. Miſericordia.qa ſp cōfert vltra cōdignū. Si vo 3° modo capiatur miſericordia ⁊ iuſticia.ſic ambe repiūt̄. Juſticia.quia punit mala nec aliqd malum relinquit impunitum.Miſericordia.qa tn̄ punit citra cōdignū·in alio mūdo⁊ in iſto propter vtilitatem noſtram. Patēt predicta p preclara exempla. P̊ enī in creatione.quia q̄ res ſint producte d nō eſſe ad eſſe·magna relucet miſericordia⁊ affluentia dīne bonitatꝭ.Quia tn̄ nihil fecit qd nō deceat ſuam ſapiām⁊ bonitatem magna ſplendet iuſticia.Similiter ī creatiōe hoīs mīa claret q̄ factus eſt capax btitudinis ad felicitatem participandā. Juſticia tn̄ iūcta eſt.quia non niſi ſuis

meritis eſt eam oſecuturus. 2° ī expulſione p̊morū parentū de paradiſo Geñ.3°. Vbi fuit magna iuſticia ⁊ ſeueritas in punitione mali.Magna vo mīa.qa ſic deductus eſt hō ad cognitionem ſui pctī.ꝑpter quod penituit ⁊ eternam damnationē non incurrit· nec ſupnam felicitatem amiſit.Inſup miſericordia fuit q̄ cito expulſus eſt. qa ſi ſtetiſſet⁊ comediſſet de ligno qd ē in medio paradiſi.s.ligno vite.⁊ ſic vitam.ꝓlongaſſet·nec tn̄ mortem euaſiſſet.⁊ ſi vitam prolongaſſet etiā longiorem miſeriā paſſus fuiſſet. 3° patꝫ exemplum p̄clariſſimū ī redemptione generꝭ humani·vbi fuit miſericordia magna inq̄tum filius dei.p nobis īcarnatus eſt ⁊ paſſus·q noſmetipſos miſeros redimere nō poteramus.Vn̄ ad Titū.3°. Apparuit benignitas⁊ humanitas ſaluatorꝭ nr̄i dei·nō ex opibꝫ que fecimus nos.ſ ſua mīa ſaluos nos fecit.Inſup iuſticia ſiue veritas cū ea oſculata eſt.qa nō ſine penalitate⁊ ſatiſfactiōe redemit. 4° in pctōꝝ iuſtificatiōe. Vbi iuſticia.qa nō iuſtificāt̄ niſi p̄uia pnīa.Miſericordia vo iūcta. qa p exiguā pnīam ⁊ penalitatē mutatur pena eterna in penā tpalem·iux̄ illud.Beati qꝝ remiſſe ſūt iniqtates⁊ quoꝝ tecta ſūt pctā. 5° in repborum dānatiōe. Vbi iuſticia ⁊ ſeueritas inq̄tum eternalit̄ cruciāt̄.Miſericordia vo inq̄tum citra condignū puniūtur intenſiue·iuxta illud Treñ.3°. Miſericordie dn̄i q̄ non ſumus conſūpti ꝛc. 6° in punitiōe⁊ tribulatione bonoꝝ ⁊ maloꝝ.Nam in malis apparet iuſticia inq̄tum pro peccatis affliguntur que penā merent̄. Apparet vtiqꝫ mīa inq̄tum ipſi pctōres tribulationibus emendant̄ ⁊ corrigūt̄.⁊ penā eternā

fugiũt ⁊ gloriã eternã acquirũt. uel ſi
nõ corrigunť· ſaltem alijs timor incu-
titur. ⁊ exemplum bene viuendi dať.
Vñ de pmo bono ait Greg⁹. Mala que
nos pmũt· ire citi⁹ ad deum cogũt. De
ſecũdo loquiť Lac. in li° de ira dei. ca°.
xi°. di. Sunt alij facinoroſi ⁊ nepharij
q ut oĩa libidinibus polluant· cedibꝫ
vexent· fraudẽt· rapiant· piurent· nec
parẽtibus nec conſanguineis parcãt·
leges ⁊ ipſũ deũ negligũt. Habet igiť
ira in deo miam. Non eſt. n. fas eũ cuꝫ
talia fieri videat nõ moueri ⁊ inſurgẽ
ad vltionẽ ſceleratorꝝ. ⁊ peſtiferos no-
centeſqꝫ delere ut bonis oĩbꝫ conſulat.
Et. i. Que pfecto niſi habeat· huma-
na vita turbabitur· atqꝫ ad tantam cõ
fuſionem deueniet ſtatus rerꝝ: ut con
temptis ſupatiſqꝫ legibus ſola regnet
audacia· ut nemo deniqꝫ tutus eſſe poſ
ſit niſi qui viribus preualeat. hec ibi.
Similiter patet ex hoc ĩ ſubtractione
bonorꝝ tẽporaliũ mĩa. quia effecti pau
peres non ita intricanť in iſtis. ⁊ magꝭ
ad ſupna anhelant quibus eos de⁹ nõ
priuabit· iuxta illud. Non puabit bo-
nis eos qui ambulant in ĩnocẽtia. Iu-
ſticia vͦo quia ex horꝝ ſubtractione fit
etiam peccatorꝝ punitio. Dixi inſuper
qꝫ apparet iuſticia ⁊ mĩa in tribulatio-
ne bonorꝝ ⁊ iuſtorũ. Nam iuſticia ap-
paret. quia ſi parꝝ qd mali habent pꝭ
puniantur. uel ſi nihil habent· ſeueri-
tas pro pctõ originali demonſtretur.
Miſericordia aũt apparet. quia cito ad
patriã ſupnam redeũt. ⁊ copioſi⁹ coro
nantur ab eo q dat p paruis magna. p
terrenis celeſtia. p tẽporalibꝫ ſempit-
na. 7° et vltimo claret mĩa ⁊ iuſticia
ĩ pctorꝝ expectatiõe. Ratio aũt quare
deus expectat pctõres. ⁊ nõ ſtatim pu

nit· affligtur a Lac. in li° de ira dei. ca°.
15°. vbi ait. Nullus ẽ. n. q nõ peccet. ⁊
multa ſũt q̃ ad peccandũ ĩuitãt: etas·
moleſtia. egeſtaſ· occaſio. pmiũ. Adeo
ſubiecta eſt fragilitas carnis q̃ induti
ſumus ut niſi huic nccitati de⁹ parcẽt.
nimiꝝ fortaſſe pauci viuerent. Propť
hanc cauſam patiẽtiſſimus eſt. ⁊ iram
ſuam continet. Nam qa pfecta eſt in
eo vͦtus· nccẽ eſt patientiã eius quoqꝫ
eſſe pfectam: que ⁊ ipſa vͦtus. Et mul
ti ex pctõribus iuſti poſterius effecti
ſũt ex malis pbi· ex ĩprobis cõtinẽtes.
Et multi in prima etate turpes. ⁊ oĩuꝫ
iudicio damnati· poſtmodũ tam lau-
dabiles extiterũt. que vtiqꝫ nõ fierẽt
ſi oẽ pctm̃ pena ſequereť. h ille. Ecce
g in expectatione ĩiuſtorũ peccatorũ
magna miſericordia. Inqꝫtum tñ p⁹ea
puniũtur ſi non emẽdantur claret iu
ſticia. Vñ de pe. diſ. i. §. multiplex. di-
citur. Multiplex miſericordia dei ita
lapſibus humanis ſubuenit ut nõ ſo-
lum p baptiſmi gratiam ſed etiam p
penitentie medicinam ſpes vite repa-
retur eterne· ut qui regenerationis do-
na violaſſent· proprio ſe damnãtes iu
dicio ad criminũ indulgentiam redi-
rent. hec ibi. p expectauit Cayn vſqꝫ
ad ſeptimam generationẽ· poſtea pu-
niuit. Gen. 4°. ca°. 2° expectauit totũ
genus humanuꝫ p duo milia annorũ
quorꝝ peccata erãt grauia. Gen. 6°. ca°.
De quibus Aug⁹ facit mẽtionem. 12°.
de ciui. dei. ca°. 15°. Et poſtea tpe Noe
iterꝝ expectauit cẽtũ vigiti ãnis. Gen.
6°. de pe. diſ. i. §. idem dicerẽt. Et p⁹ea
induxit aquas diluuij ſuper terram.
ibidem. 3° expectauit Sodomam ⁊
Gomorrã multo tpe. Gen. 18°. et p⁹ea
pluit ignẽ ⁊ ſulphur ſup Sodomã ⁊

Gomorrā.⁊ delete ſūt. 4° expectauit
chananeos. Geñ.x°. ca°. quoꝝ mēſura
completa fuit in introitu Joſue. Ibi-
dem.6°. ca°. 23.q.5.c.hinc notandum.
5° expectauit pplm̄ Niniue. ⁊ dedit
eis tēpus quadraginta dieꝝ ut pniām
agerent. qđ ſi non feciſſent grauiť pu-
niti fuiſſent. Jone.3°. 6° expectauit
Dauid q cōmiſerat adulteriū ⁊ homi
cidiū. nec ſtatī puniuit eū qđ poſtea
feciſſet niſi dixiſſet. Peccaui. ad incre-
patione Nathan.2.Regꝫ.12°. Item ex-
pectauit Achab.3.Regꝫ.21°. 7° expec-
tauit totū populum iſrľ vſqꝫ ad tranſ-
migrationem Babylonis. Ex quibus
oībus apparet ꝙ in deo ē miſericordia
⁊ iuſticia. ⁊ in oī ope relucet. maxime
in ope tribulationis ⁊ afflictionis ad
vindictam maloꝝ induratoꝝ. ⁊ ī pec-
catis obſtinatoꝝ. ad coronam ⁊ gloriā
bonoꝝ. Vn̄ Aug⁹ ſup ps.98°. ait. Illis
deus iraſcitur quos peccantes nō fla-
gellat. nam cui vere ꝓpitius eſt nō ſo
lum donat pctā ne noceant ad futurū
ſeculū. ſed etiam caſtigat ne ſp peccare
delectet. Et in lib° cōtra idolatras. ait
idem. Iraſcitur deus ⁊ miſeretur. Ira-
ſcitur ad pcutiēdū. ⁊ miſeretur ad ſa-
nandū. Iraſcitur ad mortificandum.
miſeretur ad viuificandū. In vno ho-
mine h̄ facit nō quaſi alios mortificās
⁊ alios viuificās. ſed eis ipſis ⁊ iraſciť
⁊ mitis eſt. Iraſcitur criminibꝫ. ⁊ mi-
teſcit correctis moribus. Ego inqt p-
cutiā ⁊ ego ſanabo. ego occidā ⁊ ego
viuere faciam. vnū Saulū ꝓſtrauit ⁊
Paulū erexit. proſtrauit infidelem ⁊
erexit fidelem. proſtrauit pſecutorē ⁊
erexit p̄dicatorē. g° cum iraſciť miſe-
retur. Ex his vtiqꝫ elicitur correlarie
dcł̄o noſtra ꝙ flagella. tribulatiōes. fa
mes. ſitis. cariſtie. guerre. peſtilentie.
dep̄dationes. ſpoliationes ⁊ reliq̄ ma-
la. que ideo deus īmittit ad vindictā
pctōꝝ ut uel eos cōuertat iſtoꝝ timo-
re. ⁊ ſic eis fiat iuſticia ſimul cū miſe-
ricordia. uel ſaltē ut oſtēdat deus per
iſta mala afflictiua quātū ſibi diſpli-
cent pctā. Et ideo cauete a pctīs xpia-
ni. agite pniām pctōres ſi non vultis
crudeliť flagellari. quieſcite agē puer-
ſe. diſcite benefacere. ut ait Yſa.p°.ca°.
Reuertatur vnuſqſqꝫ a via ſua peſſi-
ma. ⁊ ꝓpitius ero iniquitati ⁊ peccato
eoꝝ. Iere.36°. Cōuertimini ad me ī to-
to corde vr̄o. in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plan
ctu. ⁊ ſcindite corda veſtra ⁊ non ve-
ſtimēta veſtra. Joheľ.2°. Qđ ſi nolue-
ritis ſ3 faciē vr̄am ſup petrā īdurcaue-
rit ut de vobis dicať illud Iere.5°.ca°.
Indurauerūt faciem ſuā ſupra petrā.
⁊ noluerunt reuerti. O quot flagella.
O quot torſiones. O quot tribulatio-
nes etiam in hoc mūdo experiemini.
Qđ ne inaniť loq videamur ⁊ iocoſe
audi ſcripturam ſacrā ſcelerate puer-
ſe indurate peccator. Lege exēpla vin
dicte dīne propť peccata illate aliena-
te a ſenſu.

Peccato egyptioꝝ. poſſeſſiones eoꝝ
grandine. iumenta ⁊ p̄mogenita mor
te conſūpta ſūt. Ecce quid facit pecca-
tum. Exo.9°. i.q.4.§. Item pctō.

Peccauit populus tuus. deſcēde. di-
mitte ut iraſcať furor meus. Exo.32°.
45.diſ.diſciplina.

Peccantibus filijs Hely hoīes retra-
hebanť a ſacrificio. ideo interfecti ſūt
i.Regꝫ.4°. diſ.i.de his vo.

Imperiū dn̄i fortitudo eius. ⁊ furor
eius ſup oēs qui dereliquerunt eum.
i.Eſdre.ca°.8°.

Auerſio paruulorum proijciet eos.
pv.p°.ca°.

Dereliquerūt dñm deum. ⁊ ſcm̄ iſrł blaſſemauerūt. alienati ſūt retrorſū. ſequitur. Terra veſtra deſerta. ciuitates vr̄e ſuccenſe ſūt igni. Yſa. p̄. ca.

Peccante vno ita dei ſup pplm venit Oſee. 7. ca. 45. diſ. ſed illud. 50. diſ. ſi quis diaconus.

Ecce ego adducam mala ſup populū iſtum fructū cogitationū. qa v̄ba mea non audierūt. ⁊ legem meam proiecerunt. Iere. 6. ca.

Erit morticinū pplī hui⁹ in cibū volucribus celi ⁊ beſtijs t̄re. ⁊ nō erit q abigat. ⁊ quieſcere faciam de vrbibus iuda. ⁊ de plateis ir̄lm vocem gaudij ⁊ vocem leticie. vocem ſponſi ⁊ vocem ſponſe. in deſolatiōe erit t̄ra. Iere. 7.

Confuſi ſūt ſapiētes. pterriti ⁊ capti ſūt. verbū. n. dñi piecerūt. ⁊ ſapientia nulla eſt ī eis. ppterea dabo mulieres eorū exteris. agros eorū heredibꝫ. qa a minimo vſqꝫ ad maximū oēs auaritiam ſequūtur. a ppheta vſqꝫ ad ſacerdotem cūcti faciūt mēdaciū. Iere. 8.

Fili hoīs. terra cū peccauerit mihi ut puaricet̄ puaricans. extendā manum meam ſup eam ⁊ conteram virgā panis eius. ⁊ īmittam in eam famē ⁊ interficiam de ea hominem ⁊ iumentū Ezech. 14.

Oīs iſrł preuaricati ſūt legem tuā ⁊ declinauerunt ne audirent legem tuā uel vocem tuam. ⁊ ſtillauit ſuper nos maledictio. Daniel. 9.

Et multa ſilīa reperiunt̄ in ſcripturis ſacris que longum eſſet enarrare. ſed diſcurram⁹ p exempla ſacta.

Egyptij perſequentes filios iſrł ſubmerſi ſūt iubente deo q̄ſi plūbū ī aqs vehementibus. Exo. 14. et 15.

Quia pplus amalechitarꝫ voluit impedire filios iſrł eūtes in t̄ram pmiſſionis dixit dñs ad Moyſen. Delebo memoriam amalechitarū deſub celo. Ibidem. 17. ca.

Propter vitulū quem adorauerunt pplī ceciderūt vna die vigintitria milia hoīuꝫ. Exo. 32. ca.

Juſſit dñs blaſſemū ex caſtra educi ⁊ ab vniuerſo pplo lapidari. Leuit. 24.

Percuſſit dñs Mariā lepra. qa locuta eſt ctra Moyſen. Nūeri 12. ca.

Terribili morte occidit dñs Chore ⁊ complices eius. ⁊ Dathan ⁊ Abiron. Numeri. 16.

Miſit dñs ſerpentes ignitos in pplm qa penituerat eos laboris ⁊ itineris. ⁊ dixerūt. Cur eduxiſti nos de egypto! Numeri. 21.

Pro pctō in vxorem leuite cōmiſſo tota trib⁹ Beniamin exceptis ſexcētis viris fuit dño iubēte deleta. Iudic. 20

Hely peccantes filios corripuit ſed lente. pptꝫ qđ ipſe in eis ⁊ cū eis punitus eſt. 1. Reg. 3. et. 4. 37. diſ. c. legant. 47. §. neceſſe. de ſymonia. c. licꝫ Hely ſacerdos eſſet.

Propt̄ pctā Saul puniti ſunt illi de domo ſua etiā poſt mortē ei⁹. ⁊ pptꝫ eos facta eſt fames in t̄ra. 2. Reg. 21.

Septuagintaduo milia hoīuꝫ mortui ſūt ppt̄ elationē Dauid qua fecit pplm numerare. 2. Reg. vl. 1. palipo. 21. 1. q. 4. §. bis ita. de pe. diſ. 2. fugetat. diſ. 3. §. Ecce.

Peccato amalechitarū interfecti ſūt a viro vſqꝫ ad mulierem ⁊ paruulum atqꝫ lactentem. bouem ⁊ ouem ⁊c. 1. Reg. 15. 12. diſ. §. alias. ⁊. c. verꝫ. 1. q. 4. §. Itē. 34. q. 3. c. pmo.

Propter pctm̄ adulterij ⁊ homicidij Dauid rephendit eū dñs p Nathan pphetam. Q si dñs eum non vidiſſet penitentē ḡuiter puniſſet. 2. Reg. 12.

et.12° de pe.diſ.i.§.deniq3.7.c.ſi pec-
catū.7 diſ.2.§.opponit᷑.7 diſ.3.totū.
7.c.ille rex.7.c.illud vo.

Quadragintaduo pueri fuerunt a
duob᷒ vrſis lacerati ꝑ eo ꝙ illuſerant
Heliſeo.di.Aſcende calue.4.Reg.2°.

Si tam grauiter eſt punitū peccatū
Gieçi qui accepit munera ſatis volū-
tarie data·quid erit de illis q accipiūt
multa fraudulent᷑ exacta uel extorta
violenter! 4.Reg.5°.

Populū peculiarem 7 dilectū tradi-
dit dn̄s in manus Nabuchodonoſor
qui totū crudeliter captiuauit·ſanctā
ciuitatē cōbuſſit.7 templū deſtruxit
2.palipo.36°.

Reges Babylonie filios iſrl᷑ crudelit᷑
tractauerūt·poſtea ipſi etiā in inclyta
ciuitate ſua ſūt deſtructi·ſicut dn̄s mi
natur Yſa.13°. et 14°. et Iere.25°.

Heliodorus fuit grauiter flagellat᷒
eo ꝙ viduaꝝ 7 pupilloꝝ depoſita vo-
luit aſportare.2.Machab.3°.

Confirmant᷑ predicta ꝑ auctoritates
decretoꝝ. Nam de punitiōe pctōꝝum
lege.46.diſ.c.ſed illud.vbi habetur
ꝙ pena temporaliſ aut infligit᷑ ab hoīe
aut a deo ꝓpt᷑ pctā nr̄a.

Item lege.19.diſ.c.Anaſtaſi᷒.vbi ha
betur ꝙ deus punit in pn̄ti grauiter.7
ſubito ꝓpt᷑ dilecti deteſtationē.

Item lege.46.diſ.c.ſed illud.et.56.
diſ.c.ſi gens.et.23.q.4.c.ſi ea.et.24.
q.2.c.nō turbat᷑.vbi habet᷑ ꝙ puniūt᷑
multi qn̄q3 ꝓpter vnū.

Item lege.1.q.4.c.eccleſia.§.his ita.
de punitione egyptioꝝ.et.5.q.5.non
oīs.7.q.1.ſciſcitaris.15.q.1.nec is.in q̄
c.habetur ꝙ pena egyptioꝝ fuit a deo
ad eoꝝ correctionē.

Item lege.15.q.1.c.illa.vbi habetur
ꝙ pena inflicta in h̄ mūdo ē ꝑ pctō.

Item legē.16.q.1.c.et tēporis q̄litas.
7.c.reuertimini.vbi ait Iero᷒. Si qn̄
fames uel penuria ul᷑ reꝝ oīu3 egeſtas
opprimit mūdum·ſciam᷒ h̄ ab ira dei
deſcendere.

Item lege.23.q.4.c.Guiliſarius.vbi
hr̄ ꝙ deus punit qn̄q3 paucos ut ex h̄
multitudo ad pn̄iam reuocet᷑.

Lege finaliter de pe.diſ.1.c.menſurā
§.quecūq3.7 eadē diſ.1.§.ex his oīb᷒.
et.23.q.4.c.ſi quos.et.23.q.5.c.ad fi
dem.7.c.quid ḡ.Vbi Iero᷒.quod etiā
habetur in 4°. diſ.15.ita dīc. Ipſe qui
creauit mūdum 7 cōſūmationem fa-
ciet·ꝙ ſi vobis videtur crudelis 7 ri-
gidus 7 cruentus de᷒ ꝙ in diluuio ge-
nus deleuit humanū·ſup Sodomam
7 Gomorram ignem 7 ſulphur pluit.
Egyptios ſubmerſit ī fluctib᷒.7 iſra-
helitaꝝ cadauera ꝓſtrauit in heremo.
Scitote eū ad pn̄s ideo reddidiſſe ſup
plicia·ne in eternū puniret.h̄ ibi. Et
ſic patet ps ṗma hui᷒ ſermonis.

¶ Pars ſecūda hui᷒ ſermonis.in q̄ trac-
tatur de pena pctī carentie gratie.s.in
pn̄ti.7 glorie in futuro.

SEcūdo ī iſto ſermōe tractan-
dum eſt de alia pena exteriori
pctī q̄ dicitur pena carētie.s.
gratie 7 gratuitaꝝ in h̄ mūdo.7 felici-
tatis in alio. Vt.n.dictum eſt s̄.pctm̄
nō pōt ſtare cū grā.7 ſine gratia nulla
dona remanēt gratam aīam facientia.
Si.n.vna aīa qnquaginta ānis bn̄ vi-
xerit.7 poſtea vnū pctm̄ mortale īcur
rit·oīa bona amittit 7 merita q̄ ad glo
riam non q̄ ad penam. Vn̄ Eçech.18°.
dicitur. Si auerterit ſe iuſtus a iuſti-
cia ſua.7 fecerit iniqtatem ſm̄ omnes
abhominationes q̄s opari ſolet īpi᷒:

nūquid viuet? Oēs iuſticie eius quas opatus eſt nō recordabūt. Vn̄ in figura habetur .i. Machab. p̄. ca°. q̄ Antiochus aſcēdit in irl̄m cum ſupbia. ⁊ introiuit in ſanctificationē ⁊ templū. ⁊ ſpoliauit eū vaſis ⁊ diuitijs ſuis. Antiochus ſilentiū interpretat̄ pauptatis. ⁊ ſignificat pctm̄ qd̄ intrat tēplū cordis cū ſuperbia ɔtēptus dei. Et nota q̄tuordecim q̄ aufert.

p° xp̄m de corde. h̄ ē altare aureū.

2° ſpm̄ ſcm̄. h̄ eſt candelabrū lumīs s. lumen ſpūs ſancti ⁊ intellectus.

3° vaſa eius .i. dona ſpūs ſci.

4° menſam ppoſitionis .i. fidem formatam q̄ pponit duodecim panes .i. duodecim articulos fidei.

5° libatoria .i. ſpem firmam ad quā ptinet futurā btītudinē libare.

6° phialas q̄ cōtinēt liq̄da .i. cōpūctionem. deuotionem. cōpaſſionē. que lachrymas fūdere faciūt.

7° mortariola in q̄bꝫ aromata redigebant̄ in puluerem. Ecce meditationes ⁊ affectiōes humilitatis q̄ ceteras v̄tutes humiliant ⁊ quaſi in puluerē redigūt odoriferū dum de ſe humilia ſentit v̄tuoſus.

8° velum de ſagis. quod ſapientiam ſignificat.

9° ornamētū aureū. qd̄ caritas ē.

x° aufert argentū id eſt fructum locutionis.

xi° aurū .i. merita oīuꝫ v̄tutū.

12° vaſa ɔcupiſcibilia .i. opera bona.

13° theſauros abſconditos q̄s iuenit .i. ſanctaꝝ meditationū ⁊ affectionū.

14° cortinas de q̄tuor coloribus .i. q̄tuor v̄tutes cardinales q̄tū ad meritum ⁊ vſum eaꝝ aufert. His aūt bonis erat ſpoliat⁹ ille paup de q̄ dic̄ Iohes. Apoc. 3°. Tu dicis. s. pctōr. quia diues ſum ⁊ nulli⁹ egeo. ⁊ neſcis q̄a tu es miſer ⁊ miſerabilis. ⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nudus. h̄ ibi. Ecce quanta pena carentie quā. s. illa ſeq̄tur carentia ſupne felicitatꝫ. q̄a p vno ſolo pctō mortali priuatur aīa felicitate ſupna. Vn̄ Ber. ait Ve ve vapor eſt ad modicum parens qui eterne felicitatis aditum interclu dit. Et reuera vapore minora ſūt q̄bꝫ eterna dona pdunt̄. Vn̄ Aug⁹ ſup illo verbo Iac. 4°. Vapor eſt ad modicum parens. inq̄t. Vita h̄ ē vita dubia. ceca criminoſa. erūnoſa. quā humores tumidāt. dolores eſtuant. ardores deſiccant. aerea morbidāt. eſce inflāt. ieiunia macerāt. ioci ſoluūt. triſticie ɔſūmūt. ſollicitudo coartat. ſecuritas hebetat. diuitie iactant. pauptas deijcit. iuuent⁹ extollit. ſenect⁹ icuruat. infirmitas frangit. meror deprimit. ⁊ ſup h̄ oīa mors intemit. ⁊ vniuerſis gaudijs finem ponit. ita cum eē deſierint nec fuiſſe putant̄. h̄ ille. Noli pctōr p minima delectatiōe pcti pdere tantā felicitatem. Si. n. ut ait Greg⁹ cōſideremus frēs cariſſimi que ⁊ q̄ta ſūt que nobis pmittūtur in celis. vileſcūt oīa que habent̄ in t̄ris ꝛc. Et ſic patet ſecūda pars hui⁹ ſermonis.

Pars tertia hui⁹ ſermōis. in q̄ tractat̄ de alia pena exteriori peccati que dicit̄ pena gehēne.

TErtio in iſto ſermōe tractandum eſt d̄ alia pena exteriori peccati que vocatur pena gehēne. De qua ad Ro. 6°. Stipēdia peccati mors. s. eterna. De qua i p̄ncipio dictum fuit. ⁊ ideo hic breuit̄ tranſeamus. Eſt. n. pctm̄ via ducens ad mortem. s. eternam. Et iō fatu⁹ eſt viator

s.peccatoꝛ qui non querit que via du-
cat eum. Vñ ꝓ.14°. Eſt via que videt᷑
hoi iuſta. ⁊ nouiſſima eius ad moꝛtem
ducūt. ps. Iter impioꝝ peribit. Et nota
ꝙ dicitur parabolice ꝙ duo peregrini
venientes ad quendam locū. qſierūt
a quodā ſapiente de via ſua. qui reſpō-
dit. Si iueritis ad ſiniſtram. ibitis ad
quandā ciuitatem vbi cōſuetudo eſt
ꝙ pegrini cū gaudio recipiūtur. ⁊ per
triduū optata eis largiūtur. ſed pᵒ vi-
liter eiciūtur ſpoliatis omnibus ſuis.
ſuſpendūtur ⁊ occiduntur. Si aūt ad
dexterā declinabitis. p triduū īuenie-
tis viam difficilē. ſed poſtea pulcher-
rimā ciuitatem vbi recipiemini cum
gaudio ⁊c. Pegrinatio iſta vita pñs ē.
Ciuitas pꝛima eſt mūdus vbi poſtq̃ p
tres dies delitiarū diuitiarū ⁊ honoꝝ
q̄ ſola lucent mūdanis. qui poſtq̃ vo-
luptates ſuas cōpleuerit ducūt hoīes
rei ⁊ nudi ad ſuſpendiū ⁊ moꝛtē eter-
nam. Via difficilis pnīa eſt. Triduū ē
contritio confeſſio ⁊ ſatiſfactio. In his
aūt exercentes coꝛonant᷑ ī celeſtibus.
Ve illi qui eligit pꝛiorem vitā ſiue viā
timendo modicam vie aſperitatē que
ducit ad illam eternam damnationem.
De qua loquit᷑ Augᵒ ad heremitas. di.
In inferno nulla eſt redemptio. qm̄ q
illic damnatᵒ ⁊ demerſus fuerit. vlte-
rius non exibit. In inferno nulla ē re-
demptio. qm̄ nec pat᷑ pōt ibi adiuua-
re filiū. nec filius patrē. Ibi nō īuenit᷑
amicus uel ꝓpinquus q valeat aurū ⁊
argentū. ⁊ diuitie quas nūc cōgregāt
auari. vidētes paupes inopia tabeſcē
⁊ p̄ nimia fame ⁊ ſiti ⁊ inopia moꝛtem
incurrere. non poterūt p̄ſtare ſibi ali-
quod refrigerium. Vñ miſeri p̄ nimia
doloꝛis magnitudine amariſſime flen-
tes ⁊ p̄ anguſtia ſpūs gemētes. dicēt
in inferno: Quid ꝓfuit nobis ſupbia
nr̄a? diuitie. honoꝛes. dignitates. gu-
loſitates. luxuria. ⁊ oēs delectationes
carnales. quid pꝛofuerūt nobis? Ecce
oīa tranſierunt quaſi fumᵒ ⁊ vmbꝛa
quaſi nō fuerint. ⁊ nos cruciatibus ⁊
ſupplicijs deputati ſumus eternis. hec
ille. Quas euadere cōcedat nobis ille
qui erit bonoꝝ ⁊ maloꝝ retributoꝛ. ut
ipſas euadentes eternam gloꝛiam cōſe-
quamur in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Dñica ſecūda poſt octauā epiphanie.
de entitate ⁊ qdditate pcti oꝛiginalis
Sermo. 30ᵒ.

Noli vinci a malo. ſed vince in bono
malum. Scribūt᷑ h̄ vba ad Ro. 12°. ca°. ⁊ ī epl̄a oc
currētis dñice. Poſt multa fratres ca-
riſſimi dicta de peccato ī generali: re-
ſtat ut ad eius diſtinctionē ꝓcedamᵒ.
Nam pmo ⁊ pncipaliter diſtinguitur
peccatū ex parte reatᵒ. Vñ eſt dcō ſm
omnes theologos. s. Tho. ī 2°. diſ. 42.
arti. 3°. et 4°. et Ricar. ⁊ Bona. ibidem
q. 3. et Alex. in ſecunda parte ſūme. in
tractatu de diuiſiōibus peccati. ꝙ iſto
modo ſumendo cōuenienter peccatū
diuidit᷑ in oꝛiginale moꝛtale actuale ⁊
veniale. Que quidem diuiſio non eſt
diuiſio generis in ſuas ſpecies: qa ſpe-
cies equaliter participant rationē ge-
neris. ſed ē diuiſio analogica. que ſm
pꝛius ⁊ poſterius pfecte ⁊ impfecte di
citur ⁊ predicatur. Sicut. n. ens diui-
ditur in ſubſtantiam ⁊ accidens. ⁊ in
ens in actu ⁊ in potentia. de quibꝫ ens
analogice p̄dicatur. ⁊ p pꝛius p̄dicat᷑
de ſubſtātia q̄ȝ de accidente. ⁊ de ente

in actu q̄ꝫ de ente in potentia. Et ſimi-
liter pfecte ens predicatur de ente in
actu ⁊ in ſubſtantia. Impfecte aūt de
ente in potentia ⁊ accidente. qa mini-
mū de natura entis eſt ī ente in poten
tia ⁊ in accidente. Sic a ſimili diuiſio
peccati ī mortale veniale ⁊ originale ē
diuiſio alicuiꝰ ī pfectum ⁊ ī impfectū.
quia ratio pctī p ꝑus ⁊ pfectiꝰ īuenit
in mortali q̄ꝫ in veniali. Vn̄ mīmū qđ
eſt de ratione pctī in aliquo eſt in ve-
niali. Quo circa apl̄us facta admoni-
tione ⁊ inſtructione in ꝑncipio huius
epiſtole. de dilectione proximi ⁊ paci-
ficatione habenda cum ipſo. di. Noli-
te eē prudētes apud voſmetipſos ſup
ple tm̄. ſed etiam apud ꝓximos. ſcđm
glo. Alex. Nulli malū ꝓ malo redden-
tes: prouidentes bona. nō ſolū coram
deo. ſed etiā corā omnibus hoībus. Si
fieri poteſt quod ex vobis eſt cū oībꝫ
pacem habentes ⁊c. que de ſe patent.
Cōcludit ī verbis propoſitī. Noli vin-
ci a malo. querendo. s. vindictā de eo.
ſed vince ī bono malum. bonū ꝓ malo
retribuēdo. Qui qdem malus poteſt
eſſe triplicitet. aut. s. malitia originali
aut veniali. aut mortali ⁊ actuali. De
pctō igiť originali ꝑ̊ ⁊ antea tractan-
tes a quo oīa alia orta ſunt. circa eius
deſcriptionem tria ī preſentiarū ānotabimus. quoꝝ

Primū dicetur peccati originalis en-
titas.

Secundum vō dicetur pctī originalis
quidditas.

Tertiū autē dicetur peccati originalis
actualitas.

¶ Pars ꝑma huius ſermōis. ī qua ꝓbať
naturam humanā naturaliter eē cor-
ruptam peccato originali.

PRimo igitur in iſto ſermone
de entitate originalis peccati
tractantes. ponitur iſta dcl̄o
ſcđm Alex. de ales ī ſecūda parte ſūme
ſue ī tractatu de pctō originali. q. i. et
in. 3. parte ī ꝑncipio. ⁊ Bona. ī 2.° diſ.
30. arti. ꝑ̊. q. 2. et Vgonē de caſtro no-
uo eadem diſ. q. i. et Franciſcū de ma-
ronis in 2.° diſ. 31. ī ꝑncipio. ⁊ breuiter
ſcđm oēs doc. nemine diſcrepāte. vide-
licet q̄ natā humana naturaliť eſt cor-
rupta culpa originali a peccato ꝑmoꝝ
parētū cōtracta. Et ꝓbatur triplicitet
s. ratione. auctoritate. ⁊ expientia. ꝑ̊
ꝓbatur rōne ꝑuationis ſic. Nullus de-
bet ꝑuari eterno bono ad quod factꝰ
eſt niſi ī ſe habeat aliqd p quod indi-
gnus ſit dīno aſpectui preſentati. ta-
le aūt nō eſt niſi culpa. ſed natura hu-
mana ī ſtatu ſub quo fuit cōdita erat
ordinata ad btītudinem ⁊ ad viſionē
dīnam. ſi igiť oēs quotq̊t ſūt viſione
dei ⁊ btītudine ꝑuantur niſi p bapti-
ſmū fluminis ⁊ flaminis renaſcātur.
⁊ h̄ non niſi p culpam. ut dictum eſt.
cum dicatur ꝓv̊. 14.° Miſeros populos
facit peccatum: planū eſt q̄ oēs q̊tq̊t
ſūt cōtrahūt originalem culpā ex ſua
origine. 2° idem ꝓbatur ratione ve-
recūdationis ſic. Nullus rationabiliť
erubeſcit de his paſſiōibus quas habꝫ
a natura. niſi inſint ei p aliquā culpā.
ſed oīs hō naturaliť erubeſcit ex mē-
broꝝ genitaliū motu. igitur ex h̄ col-
ligiť ⁊ manifeſtať q̄ qlibet ī ſeipſo nō
tm̄ penaliter ſed etiā culpabiliť ē cor-
ruptꝰ q̄ꝫtum ē de ſua naturali origine.
Nam nihil deteſtabile uel pudendū
ſcđm rationē pōt poni ī opibus cōditio-
nis dīne. qa oīa facit creator ordinan-
do ad ſe. ſed ī nobis ſūt paſſiones car-
nales ⁊ multa alia deteſtabilia ſcđm

rationem. ğ talia non fuerũt condita in humana natura. relinqtur ğ ꝙ eſt lapſa naturalit᷑. 3° rõne ꝑdominationis cõfirmatur h̅ ſic. Paruulus naſcit᷑ cũ habituali cõcupiã ſine originali iuſticia. quod patet. qa cũ venit puer ad etatem. ſtatim cõcupiã naturalis efficitur habitualis. ⁊ etiam naſcitur ſine originali iuſticia. qa caret effectibus q attribuũt᷑ originali iuſticie. h̅ talis habitualis ꝯcupiã ſine originali iuſticia eſt culpa. ut patebit ĩ parte ſequenti. igitur ⁊c̃. Et iõ dĩc dñs Bona. vbi s̃. ꝙ tũc aĩa hoĩs eſt ordinata qñ ſpũs ẽ ſub deo. ⁊ caro ⁊ ṽtutes aĩales ſũt ſub ſpũ ⁊ ſequũtur eius imperiũ. igitur ꝑ locũ ab oppoſitõ tũc aĩa hoĩs eſt puerſa qñ caro ⁊ ṽtutes aĩales preſũt ſpũi rationali. quod verũ eſt nõ tm̃ ſm fidem ſed etiam ſm philoſophiam. h̅ in hoĩe vigor ꝯcupĩe ⁊ lex mẽbroꝝ quã vnuſqſq; habet a natiuitate. captiuat ſpm̃ ⁊ ei ꝑdominatur ut dictum eſt. igit᷑ ex hoc clarũ ⁊ apertũ eſt ꝙ anima cuiuſlibet hoĩs a natiuitate puerſa eſt ⁊ ĩordinata. ſed ſicut ordinatio ĩ hoĩe ⁊ rectitudo iuſticia eſt. ſic puerſitas ⁊ ĩordinatio culpa eſt. igitur ĩ aĩa cuiuſlibet hoĩs ponendum eſt eſſe peccatũ originale. Et ideo dĩc aplũs ad Ro. 7°. ĩ pſona hoĩs lapſi. Video aliam legem ĩ mẽbris meis repugnãtem legi mẽtĩ mee. ⁊ captiuantem me in lege pctĩ. ⁊ exclamat. Infelix ego hõ qs me liberabit de corpore mortĩ h⁹? Et reſpõdet: Gratia dei ꝑ Ihm xpm. Q; ſi contra dicatur ſic. Tam ĩ nouo q̃ ĩ veteri teſtamento nuptie cõceſſe ſũt tãq̃ bone ⁊ licite. ſed ad nullũ bonũ neceſſario cõſeqtur malum. ſed ſi proles culpam contraheret a ſua origine. ad nuptias neceſſario ſeqretur malũ. ğ ul᷑ nuptie ſũt male ⁊ illicite quod eſt falſum. uel non eſt ponere pctm̃ originale. Ad h̅ reſpondetur ſcd̃m Bona. ⁊ Alex. ꝙ ad nuptias nõ neceſſario ſequitur genite prolis corruptio inq̃tũ eſt ibi maris ⁊ femine cõiũctio naturalis. ſed inq̃tũ illi cõiũctioni adiũcta ẽ corruptio vitioſa ſeminis ob pctm̃ ꝑmi paterñ. Nã ſi aliqs vult facere pedem nõ intẽdẽs ipſũ facere claudum. ꝑpter debilitatẽ tñ ṽtutis accidit pedi eſſe claudum. tñ aliũde eſt pes. qa a faciente. ⁊ aliũde ẽ ꝙ ſit claudus. videl; a defectu ſuo. Ita ex parte iſta ꝙ ꝑlis bono accidit illud malum aliũde. s. a pctõ ꝑmi parentis nõ ideo dicitur cõſeq ad nuptias. Et ſi tu obiicias ſicut obiicit hereticus ꝙ qualitercũq; ſequat᷑ malum. omittendum eſſet illud bonũ. Dicẽdum ꝙ illud nõ eſt verũ niſi qñ malũ ꝑponderat bono. nũc aũt non eſt ſic. qa in generantibus nõ eſt vlla culpa. in generato ṽo meli⁹ eſt ſic eſſe q̃ nõ eſſe. maxime cũ ei ſubueniat᷑ ꝑ gratiã baptiſmalem. 2° ꝑncipaliter h̅ idem ꝓbat᷑ auctoritate veteris ⁊ noui teſtamenti ꝑ auctoritate vetis teſtamẽti ꝓphe Dauid. dĩ. Ecce. n. ĩ iniqtatibus cõceptus ſum. ⁊ ĩ pctĩs concepit me mater mea. ⁊ loqtur ſm Bona. ĩ 2°. diſ. 31. in queſtiõibus circa lrãm. de pctõ originali ĩ prole. ⁊ nõ de peccato actuali in parẽte. Hoc idem ꝓbatur auctoritate Iob. 14°. ca°. dĩ. Quis põt facere mũdũ de ĩmũdo conceptũ ſemine? Nõne tu q ſolus es? Item auctoritate Yſa. 53°. dĩ. Omnes nos quaſi oues errauim⁹. non pctõ actuali. ğ originali. 2° hoc idem probatur auctoritate noui teſtĩ maxime Pauli apoſtoli qui ad Ro. 3°. inquit. Omnes in Adam peccauerunt ⁊ egent grã dei. Item ad Ro. 5°. Sicut

ꝑ vnū hoīem pctm̄ intrauit in mūdū ⁊ ꝑ pctm̄ mors·ita in oēs hoīes mors intrauit ī quo oēs peccauerūt. Itē ad Ro.xi°. Concluſit deus oīa ſub pecca-to ut oīuꝫ miſereatur. Et ad Eph.2°. Eramꝰ natura filii ire ſicut ⁊ ceteri.q̄ oīa intelliguntur ſm Aug. de peccato originali. 3° hͦ idem probatur aucto-ritate oīuꝫ doc. approbatorū ab eccl'ia. De qbus loquitur Augꝰ 2° li° contra Iulianū.6i. Propter catholicā ṽitatē ſcī ⁊ beati in diuinoꝝ eloqorū ꝑtracta tores clariſſimi ſacerdotes ⁊c .ut pꝫ ſ̄. in p̊ ſabbato de aduentu·in ſermōe de ꝯceptiōe ṽginis·vbi multe alie aucto ritates pn̄t aſſumi ad hͦ ꝓpoſitū quas replicare cauſa breuitatis omitto. 3° p̄ncipaliter hͦ idem ꝓbatur expientia.

p̊ expientia pudoroſitatis in primis parentibus q poſt pctm̄ cōmiſſū fece-runt ſibi periçomata·ut patet Gen̄.3°. Et facta ſūt eis ⁊ ſuis poſteris quedā mēbra pudibūda·quod nō fuit ꝓpter aliud niſi ꝓpter pcti corruptionem in porta originis apparētem. 2° hͦ idem ꝓbatᷣ expientia timoroſitatis in aīali-bus que ante peccatū hominem time-bant ⁊ ei ſubiiciebantur·iuxta illud Gen̄.p̊. Dominamini piſcibus maris ⁊c.Et.ī. Adduxit ea ad Adam ut vi-deret qd vocaret ea. Modo aūt econ-trario eſt .quia hō timet aīalia p̄cipue ſerpentem.Timor.n.iſte eſt oīuꝫ ⁊ pe-nalis.g̊ pena iſta naturalis eſt.g̊ ſi deꝰ nō eſt iniuſtꝰ·ꝯ̄hit nālit̄ pctm̄ origina-le. 3° hͦ idem ꝓbatur expientia dolo-roſitatis. Nam videmus ſenſibiliter paruulum naſci cum dolore ⁊ penali-tate.ſed nō videtur tales penalitates ineſſe nature hūane niſi ineſſet aliqua culpa. Ait.n. Anſel.ī p̊. Cur deus hō. Nequaq̄ȝ exiſtimabitis cōuenire deo: ut creaturam quam fecit iuſtam·ſine peccato miſerā eſſe cogat. Sed multe ſūt miſerie in qbus naſcitur humana creatura. Nam pueri q cū actu nihil cōmiſerūt·patiūtur tn̄ cōbuſtiones·febres·variaſqꝫ egritudines.Patiunᷣ etiam mulieres dolores naturaliter in concipiendo portando ⁊ parturiendo quod iiuſtum eſſet ſi ꝑ oīa innocentes eſſent.g̊ pctm̄ in eis p̄ceſſit.ſed nō ac-tuale.g̊ originale.Et ſic patet ps p̄ma huius ſermonis.

Pars ſecūda huiꝰ ſermōis.in q̄ decla-ratur quid ſit pctm̄ originale.

SEcūdo ī iſto ſermōe de quid-ditate originalis pcti tractan-tes: tria occurrūt ꝓponenda. Primū dicitᷣ acceptio.Secundū dicitᷣ diſtinctio.Tertiū aūt dicitᷣ deſcriptio.

Qᷓtum ad p̄mū aduertendum eſt ꝙ pctm̄ originale multiplicitᷣ accipitur.

p̊.n.accipitur ꝓ ſuo eē materiali.Et hͦ duplicitᷣ.Vel ꝓ materiali poſitiuo.⁊ ſm quoſdam doc.ſic vocatur peccatū originale habilitas ſeu rebellio habi-tualis ex qua poteſt conſurgē rebellio actualis. Vel ꝓ ſuo eſſe mali p̄uatiuo quod eſt carentia iuſticie originalis.

2° pōt accipi ꝓ ſuo formali quod nō eſt aliud ſm quoſdam doc.q̄ȝ eſſe ī dei offenſa·ira·uel odio. 3° pōt accipi pec-catum originale ꝓ ſuo cauſali.s.ꝓ libi-dinoſa cōceptiōe ſeminis ex parte pa-rentū.De qua dicitᷣ in p̄dictis verbis Iob.14°. Quis poteſt facere mūdū ⁊c. Vbi dic Anſel.ī li° de ꝯceptu ṽginali. ca°.7°.ꝙ iſta ſcripta nec alia ſimilis eſt ſic ītelligenda ꝙ ī ſemine ſit īmūdicia pcti.ſed ꝓ tanto dicitᷣ ibidem eſſe pec-catum.qa ex tali cōceptiōe accipit hō

ut poſtea dum aïa vnitur corpi i hoïe ſic ɔtrahat̃ pctm̃ originale. Nam ī ſemine nō plus eſt pctm̃ q̄ꝫ in ſputo. Et ſic patet p̄mū ꝓpoſitū. Secundū q̄dē dicit̃ diſtinctio. pꝫ ex h̄. qa pctm̃ nō ſolum īportat boni p̄uationem ſ̄ etiam quandā ponit ad malū cōuerſionem. exēpli grā. Pctm̃ carnis nō ē ſolū priuatio caſtitatis qn poti⁹ ē etiā rei tractabilis ſ̄m carnē cuiuſdam inhoneſte cōuerſio delectationis. ſ̄m quā cōuerſionē pctm̃ illud eſſe dicit̃ īmoderat⁹ appetit⁹ rei tractabilis ſ̄m carnē. Quibus ex dict̄ ītelligi pōt q̄ oē pctm̃ tria īportare dignoſcit̃. boni. s. p̄uationē. maliq̄ꝫ conuerſionē. ⁊ poſtremo pene obligationē. Et ſic pꝫ ſecūdū. Tertiū ī iſta p̄te vidēdū dicit̃ deſcriptio. Vn̄ his p̄ſuppoſit̄ aduertēdū ſ̄m doctrinā doc. illumiati Fr̄ãciſci de matonis ī 2°. diſ. 31. et etiā in 3°. diſ. 3. q̄ ponūt̃ ſeptē dcl̄ones negatiue. Prima eſt q̄ pctm̃ originale nō ē act⁹ mal⁹. qa p h̄ diſtinguit̃ a pctō actuali. Nullū. n. actū hꝫ aïa qn̄ ɔ̄hit ipſū. Nam pctm̃ originale p̄cedit oēm actū liberi arbitrij. ſ̄ de lege cōi ī vtō mr̄is nullus vtit̃ libero arbitrio. ⁊ tn̄ ibi ɔ̄hit pctm̃ originale.

Secūda dcl̄o ē q̄ pctm̃ originale nō ē aliq̄s habit⁹ vitioſus. quia ſi ſic eēt imp̄meretur a deo. qa null⁹ a p̄ncipio pōt hr̄e aliquē habitū niſi ſupnālitet infuſū. cū nālis habit⁹ acq̄ſitio ſit ſucceſſiu⁹. ſ̄ talis habit⁹ vitioſus nūq̄ꝫ infūdit̃ a deo ⁊c̃. Tertia dcl̄o ē q̄ illud pctm̃ nō ē ſolū carentia originalis iuſticie. qa ſi de⁹ creaſſet Adā ī puris nālib⁹ habuiſſet iſtā carētiā. cū original̃ iuſticia fuerit donū ſupnāle. ut dicet̃ ī. ⁊ tn̄ nō habuiſſet originale peccatū. ita eſſet de hoïe alio ſi ipſū crearet ſine ꝓpagatiōe. Quarta dcl̄o ē q̄ peccatū originale nō ē formalit̃ infectio morbida ī carne. qa nullū pctm̃ ponit̃ formalit̃ niſi vbi nata ē eſſe v̄tus ⁊ meritum. cū oppoſita ſp nata ſint fieri circa idē. ſ̄m ph̄m. Talis aūt infectio ponit̃ ī ipſo corpe vbi talia dō ſūt nata eſſe.

Quinta dcl̄o ē q̄ pctm̃ originale nō ē aliq̄ macula poſitiua ī aïa ipſam inficiēs. qa ſub̄e ſp̄ūales nō ſūt maculabiles niſi p habitus ⁊ act⁹ vitioſos. cū ex ſolis tali b⁹ vitup̄et̃. ⁊ alie entitates poſitiue ipſas p̄ficiāt. Sexta dcl̄o eſt q̄ pctm̃ originale nō ē formalit̃ ɔcupīā. qa talis potētia nālit̃ nobis ineſt ſicut brutis. cū aīalitas nr̄a ſit eiuſdē rationis cū ipſis brutis. Nam ꝓnitas ɔ̄cūpiſcētie ponit̃ pena h⁹ pcti ſ̄m iſtum doc. Septima ⁊ vltīa dcl̄o ē q̄ pctm̃ originale nō hꝫ ſilitudinem cum alijs pctis. ī duob⁹. p̄ qa ɔ̄hit̃ iuolūtarie. alia v̄o volūtarie ⁊ cū delectatiōe. 2° qa iſtud pctm̃ ꝓuenit a parentibus. i. ꝓp̄ defectū traſgreſſiōis p̄mor̄ꝫ parētū. alia v̄o nō. Iſtis igit̃ p̄miſſis dico q̄ ſi accipiat̃ pctm̃ originale ſ̄m q̄ accipit̃ ꝓ ſuo mãli p̄uatiuo. ſic diffinit̃ ſ̄m ſn̄iam btī Anſel. vbi ſ̄. quam Scotus ɔfirmat in 2°. diſ. 32. q. vlt̄. s. ꝙ pctm̃ īportat p̄uationem boni. videlꝫ Pctm̃ originale ē carētia original̃ iuſticie cū debito habendi eā. Ad cui⁹ diffinitionis declarationem p̄ videndum eſt q̄d ſit originalis iuſticia. Eſt aūt ſcd̄m Nico. de lyra. ſup ep̄lam ad Ro. 5°. ca°. circa finē. quedā humane nat̄e rectitudo p quam corp⁹ erat aïe ſubditū. ⁊ īferiores vires ratiōi. q̄ꝫdiu aïa ſubdita eēt ſuo creatori. Hec aūt rectitudo ſ̄m p̄dictū doc. ⁊ Vgonē de caſtro nouo ī 2°. diſ. 29. q. i. Et breuit̃ ſcd̄m oēs doc. nō erat ex p̄ncipijs nãe humane. cū corp⁹ hūanū ſit naturalit̃

corruptibile ſ a deo data in pͥma hoīs
cōditiōe. quaꝑpt̄ fuit donū ſupnāle.
Nam p iuſticiā originalē poterat hō gu
bernare appetitū inferiorē q̄tū ad de-
lectabilia ī oī trāq̄llitate. ſ gubernare
ſic ſine oī inq̄etudine non videt̄ poſſe
eſſe niſi p donū ſupnāle. g̊ ꝛc. Itē ap-
petit⁹ inferior nō pōt facē q̄n feratur ī
ſuū obiectum ipſo pn̄te. g̊ ſi expectat
motū appetit⁹ ſupioris. oportet ꝙ hoc
ſit p donū aliq̄d ſupnāle. igit̄ cū appe-
titus inferior in illo ſtatu non feret̄ in
obiectū ſuū niſi expectando motū ra-
tiōis ꝑueniētē. h̄ erat p donū ſupnāle.
⁊ h̄ erat iuſticia originalis. Itē iuſti-
cia original̄ faciebat ꝙ appetit⁹ īferior
mouebat̄ ab horrendo ſine horrore. a
timido ſine timore. hoc g̊ erat p aliq̄d
donū ſupnāle. igit̄ ꝛc. Q̄d videt̄ ꝯfir-
mare ſapiens Eccleſiaſtes. 7°. di. Hoc
ſcio ꝙ de⁹ a pͥncipio fecerit hoīem rec-
tuꝫ. Et q̄a iuſticia ē q̄dā rectitudo. ꝓ-
pter h̄ talis rectitudo nat̄e hūane bn̄
⁊ optime iuſticia vocat̄. Et etiā origi-
nalis. q̄a data ē hūane nāe in ſua pͥma
origine. Et q̄a p originē fuiſſet ī poſte-
ros tranſfuſa ſi ab Adam fuiſſet ſerua-
ta. ipſo v̊o peccāte iuſte fuit ab eo ſub-
tracta. ſ pctm̄ ſuū in ipſo nō ē dictum
originale ſ actuale q̄d ſibi ipſi fecit. in
nob̄ v̊o ipſū pctm̄ originale dicim⁹. q̄a
p eū tali iuſticia ꝑuati ſum⁹. Et iō nō
valet obiectio Frāciſci de maronis ut
mihi vr̄. s. ꝙ de⁹ nullū obligat ad im-
poſſibile. impoſſibile ē autē alicui acq̄-
rere originalē iuſticiā cū deuſ nulli eā
infūdat q̄cūq̄ ꝑuio actu. g̊ nullus eſt
debitor habēdi eā. Quia ſm Scotū ⁊
Nico. de lyra. fuit poſſibile primo hoī
hr̄e eā. ⁊ trāſfundē ad poſteros. Et iō
ab ipſis etiam ꝯ̄hit̄ talis obligatio. ut
dicet̄. i. Vn̄ Anſel. ī li° de ꝯceptu v̊gi-
nali dic. Pctm̄ originale aliūde intel-
ligē nequeo ī ipſis infantibꝫ niſi p illā
factā inobedientiā Ade p quā ſūt oēs
filij ire. Quia igit̄ carētia pfectiōis q̄
debet ineſſe culpabilis ē ī hoīe. cuiuſ-
modi fuit rectitudo ꝑdicta. Iō ei⁹ ca-
rētia cū debito eā hn̄di dicit̄ pctm̄ ori
ginale. q̄d fuit poſſibile ī pͥmis pēti-
bus. 2° circa iſtā diffinitionē viden
dum eſt ſi pͥmi parētes habuerūt gra-
tiā g̊tum facientē ī p̊ inſtāti ſue crea-
tiōis. Et circa h̄ ē duplex opīo. Nam
Vgo de caſtro nouo in 2°. diſ. 29. q. 2.
dic ꝙ ſic. p̊ q̄a opa dei ſūt cōpleta ⁊
pfecta. g̊ pfectū fecit hoīem. ſ maxima
pfectio ē grā gratū faciēs. igit̄ ꝛc. 2°
q̄a dat deuſ gratiā rōnali creature niſi
ſit aliq̄d repugnās. ſ tūc nihil erat ibi
repugnās. igitur ꝛc. 3° q̄a ſm omnes
doc. Adam habuit fidē. g̊ ⁊ gratiā. q̄a
nō videt̄ ꝙ habuerit fidē informem.
igitur ꝛc. Alex. v̊o de ales ī ſecunda
pte ſūme ſue in tractatu de cōditione
pͥmi hoīs dic ꝙ nō. quia h̄ decebat di-
uine maieſtati ut pͥus eſſet hō condit⁹
ſm nām. deinde informat⁹ p gratiam
ut inde recognoſceret gratiā eē donuꝫ
dei. ⁊ illam a naturalibꝫ diſtingueret.
⁊ ſic non nat̄e ſed gratie attribueret.
Decebat etiam h̄ dīne bonitati. q̄a di-
uina bonitas ſic ſuam bonitatē coīcat
rationali creature ut nō tm̄ tribuat ei
affectū boni ſ etiā potentiā coopandi
quodāmodo ut ſic pfectius coīcet ſe
creature. Cū igitur opus caritatis oīa
mereat̄ ex condigno noluit dare gra-
tiam niſi ꝑambulo merito congrui p
bonū vſū nature. ut ſic hō efficeretur
glorioſior ⁊ laudabilior. quod ſpectat
ad ſūmam bonitatē dei. Decebat etiā
h̄ dīne ſapīe. ut. s. hō ſm ꝓceſſū tēpoꝝ
ad pfectionē pducatur. Sapientis. n.

eſt ſingula ſm tēpoꝛū oppoꝛtunitatē
diſtinguere. Vn̄ maluit pꝛimo facere
hoīem in ſtatu nature bene inſtitute.
⁊ poſt addere donū grē. deinde ſuper-
addere cōplemētum gloꝛie. Attn̄ ſm
p̄dictum doc. Alex. vbi ſ̄. habuit ipſe
Adam gratiā gratū facientē an̄ lapſū
ꝑ quā non ſolū malo reſiſtere ſ₃ in bo-
no ꝓficere potuit. Et illa gratia duct⁹
ita bn̄ meruiſſet obſeruando manda-
tum dei ſicut demeruit tranſgredien-
do. 3° vidēdū ē ſi ꝑ amiſſionē iuſticie
oꝛiginalis nā̄ hūana ſit peioꝛata ī ſuis
nālib⁹. Et dīc Vgo de caſtro nouo vbi
ſ̄. q. 3. ꝙ natura illa amota oꝛiginali iu
ſticia fuit nālibus relicta. ⁊ ꝑ ꝯn̄s vul
nerata. nō qdem ꝙ gradus diſpoſitio-
nis nālis ī ipſo fuerit amot⁹. uel nat̄a
alterata ī ſua diſpoſitiōe: ſed ꝑ defec-
tus nāles ſub quib⁹ poſita ē foꝛmalit̄.
Et h̄ dicūtur vulnera ſua. qa lic₃ talia
ī aliȷs nō ſint vulnera aīalibus. ī hoīe
tn̄ ſic. qa ſuo ictu ſiue actu ſūt ſibi in-
flicta. Et ſic patet p̄ma diffinitio. 2°
dico ꝙ ſi accipiatur pctm̄ oꝛiginale ꝓ
ſuo māli poſitiuo ſm ꝙ pctm̄ īpoꝛtat
mali cōuerſionē. ſic deſcribit̄ ſm ma-
giſtrū in 2°. diſ. 30. Pctm̄ oꝛiginale eſt
cōcupīa uel ꝓnitas quedā in appetitu
rationali ad cōcupiſcēdum delectabi-
lia inoꝛdinate uel īmoderate. q̄ nata ē
cōdelectari ī appetitu ſenſitiuo cui cō-
iūgitur. Circa quā diffinitionē tria
notāda ſūt. p̊ notādum eſt ſm dn̄m
Bona. in 2°. diſ. 30. arti. 2°. q. i. ꝙ pctm̄
oꝛiginale nō tm̄ dīc p̄uationē ſ₃ etiam
quandā cōuerſionē. Vn̄ ſicut nō dicit̄
pctm̄ actuale eſſe in aliq̄ ex h̄ ſolo ꝙ ca
reat iuſticia. qa tūc lapis diceret̄ pctm̄
habere. ſ₃ ex h̄ ꝙ aīa aliquā inclinatio-
nem habet ad aliqd. Sic etiā oꝛigina-
le pctm̄ dicit̄ eſſe in aliquo nō ſolū qa

caret oꝛiginali iuſticia. ſed etiā qa ne-
ceſſitatem habet ꝯcupiſcendi. quēad-
modū videmus in egritudine coꝛpali
utpote in paraliſi ꝙ talis moꝛbꝰ ineſt
ex quadam diſſolutione v̊tutis. ita tn̄
ꝙ nō oīo p̄uatur v̊tus motiua ſicut ī
moꝛtuo. ſed aliquo mō manet nō po-
tens mēbꝛū regere. ⁊ ita ſeqtur ꝑtim
ex poſitiōe. partim ex defectu: man⁹
tremulatio. Sic intelligendū eſt ī oꝛi-
ginali pctō ꝙ ipſū nō ſolum ineſt hoī
ꝓpter defectū oꝛiginalis iuſticie. veꝝ
etiam ꝓpter poſitionē pꝛaue cōcupīe.
2° notandū eſt ꝙ maioꝛ infectio eſt
potentie gn̄atiue ꝑ pctm̄ oꝛiginale q̄₃
alteri⁹ potentie. Cui⁹ rō eſt ſm Bona.
diſ. 31. arti. p̊. q. 3. quia alie vires ſolū-
modo dicūt̄ coꝛrupte. ipſa v̊o gn̄atiua
dicit̄ coꝛrupta ⁊ infecta ꝓpt̄ ꝯcupiſcē-
tie pꝛuritū ⁊ vehementiā q̄ reſidet in
ipſa. Nam ipſa eſt vis nō ſolū deſerui-
ens ꝑſone ſ₃ etiā nat̄e. Et iō oꝛiginalis
coꝛruptio ſiue vitiū quod ineſt nāe ex
coꝛruptione ꝑſone p̄us reſpicit illam
potentiā q̄₃ aliam. 3° notandum ē ꝙ
pctm̄ oꝛiginale q̄₃tum ad h̄ mult̄ mo-
dis noīatur ſm ꝙ diuerſimode cōpa-
ratur. Cōparatur. n. ad id a quo eſt. ⁊
ſic dicitur lex carnis. quia cōtrahitur
mediante carne ſm quoſdam. Cōpa-
ratur etiam ad id ad quod inclinat. ⁊
ſic dicit̄ ꝓnitas. fomes. uel ꝯcupiſcen-
tia. Cōparat̄ vtiq₃ ad id ꝑ quod incli-
nat. ⁊ ſic dicitur lex mēbꝛoꝝ. Compa-
ratur etiā ad bonū contra quod incli-
nat. ⁊ ſic dicitur languoꝛ nat̄e. Cōpa-
ratur etiam inq̄₃tum p̄dn̄atur volun-
tati ut curuet eam ī malum. ⁊ ſic dicit̄
tyrannus. Et ſic patet ſecunda diffi-
nitio. 3° dico ꝙ ſi accipiatur peccatū
oꝛiginale ꝓ ſuo foꝛmali ꝓut peccatum
īpoꝛtat pene obligationē. ſic deſcribit̄

a modernis doctoribꝫ. Pctm̃ origina-
le ē q̄dā reatus obligās ad penā eťnā
damni ꝓueniens ĩ nos ex peccato pri-
morū parētū. p̊.n. dicit ꝙ eſt quidā
reatus. qa ſicut ĩ peccato actuali actu
malo tranſacto quid ſit peccatum ac-
tuale ĩueniri non poteſt niſi reatus. i.
obligatio ad penā inferni: ita pꝰ pec-
catum p̄morū parētum qd ſit peccatū
originale nō ĩuenitur niſi ꝙ Ade filij
propter ipſum pena dāni dĩna viſio-
ne priuanť. Et ideo 2° dĩc: obligans
ad penam damni. qa ſicut ſe habꝫ pec-
catum actuale ad penam ſenſus. ita ſe
habet pctm̃ originale ad penam dam-
ni. 3° dĩc: ꝓueniens ĩ nos ex peccato
primorū parentū. qa ſi Adam nō pec-
caſſet. nullꝰ ex ortu ſuo iſtam obliga-
tionē cōtraheret. quod patēter ⁊ apte
videbitur inferius. Sed h̄ dicta ſuffi-
ciāt q̄tum ad ſecūdam partē huiꝰ ſer-
monis. s. pctĩ originalis deſcriptionē.

¶ Pars tertia huiꝰ ſermonis. in q̄ decla-
ratur vbi actualiter ſit pctm̃ origina
le. ⁊ ꝙ equaliť ſit ĩ oĩbus.

TErtio ĩ iſto ſermōe de actua-
litate pctĩ originalis tractan-
tes. p̊ vidēdū eſt vbi ſit tāq̄
in ſubiecto. 2° ꝙ ē vnū in oĩbus. 3°
ꝙ eſt ĩ oĩbus equaliter. p̊ dico ſcd̄m
doc. illuminatū Franciſcū de maronis
ꝙ pctm̃ originale nō eſt in corpe tāq̄
in ſubiecto. ſ; ĩ aĩa. Idem. n. eſt ſubiec-
tum meriti ⁊ demeriti. meritū aūt ut
dictū eſt ĩ corpore eſſe nō poteſt. ḡ nec
demeritū. Nec etiā eſt ĩ aĩa ſenſitiua
ſ; ĩtellectiua. Senſitiua. n. eſt extenſa.
⁊ iō accñs ſpūale in tali eſſe nō poteſt.
Nec eſt ĩ portiōe inferiori ſ; ſupiori.
Vbi. n. ē poſitiuū. ⁊ eiꝰ priuatio. quia
hn̄t fieri circa idem. ſ; videre deū eſt ĩ
portiōe ſupiori. pctm̃ aūt originale eſt
reatus iſtiꝰ viſiōis. igitur ⁊c. Sed eſt
ĩ intellectu ⁊ volūtate qa vtraq; potē-
tia ē btĩficabilis. Si aūt altera tm̃ eſſet
btĩficabilis. tm̃ poneretur ĩ illa. Cum
igiť pctm̃ originale ut dictū eſt ſit ob-
ligatio ad penā dāni q̄ eſt carentia vi-
ſiōis dĩne ⁊ btĩtudinis. ſeq̄tur ꝙ ſit in
vtraq;. principaliꝰ tn̄ ponēdū in volū-
tate. qa meritū ⁊ demeritū p̄ncipaliꝰ
ſūt ĩ ipſa. Et etiā qa iuſticia cōſiſtit in
volūtate. Et cū pctm̃ originale ſit ca-
rētia iuſticie ut pꝫ ex p̄ma diffinitiōe.
igiť p̄ncipaliꝰ ꝯſiſtit ĩ ipſa. Et iō dicit
Scotꝰ ꝙ volūtariū diciť qa voluntate
cauſatū. ⁊ ſic ē volūtariū pctm̃ actua-
le. Diciť etiā volūtariū qa voluntate
imp̄ſſū. ⁊ ſic ē voluntariū pctm̃ origi-
nale. Et ſic pꝫ p̄mū ĩ hac pte. 2° dico
ſm̄ ſnĩam oĩuꝫ doc. ꝙ pctm̃ originale
habet ĩ ſe vnitatē. qa ab vno ꝓceſſit: ⁊
ē vnū ĩ oĩbus. qa etiā nos oēs ab vno
ſumus. Sed ad huiꝰ declarationē no
tandū ſm̄ Bona. ĩ 2°. diſ. 33. arti. 2°. q.
2. ꝙ pctm̃ originale dupliciť pōt intel
ligi. Vno mō inq̄tū eſt origo oĩuꝫ pec-
catoꝝ. ⁊ h̄ mō pctm̃ Ade dicitur origi
nale. qd̄ nō tm̃ eſt vnū ſm̄ ſpeciē. veꝝ
etiā vnū ſm̄ numerū. Alio° pōt ĩtel-
ligi ſm̄ originē quā cetera vitia ĩ nob̄
ſumūt ab ipſo. Aut igiť querimꝰ de
vnitate ſm̄ ſpeciē. ⁊ iſto mō hꝫ vnita-
tem. Vnitas. n. iſta ĩ originali peccato
ꝯtingit p̄ncipaliť ex pte bonitatꝫ quā
p̄uat q̄ eſt vna ſm̄ ſpeciē. s. originalis
iuſticia ⁊ ĩnocētia cuiꝰ p̄uatio ē origi-
nale pctm̃. Contingit etiā ex pte Ade
ꝑ quē introductū eſt: cuius vna fuit
inobediētia. rōne cuiꝰ totū genus hu-
manū eſt corruptū. Et iō ſm̄ ſpeciem
originale pctm̃ eſt vnū ĩ nobis. Aut

quetimus de vnitate ſm numerū. ⁊ ſic ī vno hoīe eſt vnicū. Et ratio hui⁹ eſt. q̄ pctm̄ dupliciter numerat᷑. Aut ratione ſubiecti in quo· ſicut in diuerſis hoībus diuerſa ſūt pctā. Aut rōne actus· ſicut qui pluries luxuriat⁹ ē plura hab; pctā. Et neutro iſtoꝝ modoꝝ originale pctm̄ multiplicat᷑· ſed remanet indiuiſū. Nam ī vno hoīe vna eſt aīa q̄ p originale pctm̄ inficit᷑. ⁊ vnius hoīs vna eſt gnātio in qua ⁊ p quā originale pctm̄ tranſfūdit᷑. Et iō originale pctm̄ ī hoīe eſt vnū ſolū. Et ſic pat; ſecūdum ī hac parte. 3° dico q̄ pctm̄ originale eſt eq̄lit᷑ in oībus. Qđ declatur ſic ſm Bona. vbi ſ̄. q. i. Ad peccatū originale tria cōcurrūt. debite iuſticie carētia. cōcupiſcētia. ⁊ carnis feditas. Q̄tum ad carētiam nō pōt intēdi. q̄ h̄ non poteſt eſſe niſi triplici de cauſa. Aut quia ſit obligatio fortior. ſed oēs obligabamur ī Adam. Aut q̄ ſit ꝑuatio maior. ſed oēs eodem dono p originalem culpā ſumus priuati. Aut q̄ ſit modus ꝑuandi deteſtabilior. ſ; oēs ſumus ꝑuati p vnā inobediētiā Ade. ⁊ ſic originale rōne carētie ī oībus eſt eq̄liter. Q̄tum aūt ad ɔcupiām· ſilit᷑ intēdi nō hab;. Nam ɔcupiā reſpectu alicui⁹ deteſtabilis intēdit᷑ tripliciter.

Aut ex ɔplexiōe· ſicut patet de cōcupiſcētia carnis q̄ magis feruet in colericis ⁊ ſanguineis q̄; ī melācolicis. ſed talis intenſio nihil facit ad culpā originalem. Nō. n. eſt culpabilis ſ; nālis ⁊ penalis. Aut ex aſſuefactione· ſicut patet ī eo qui aſſuefactus eſt luxuriari ⁊ bona cibaria comedere. ſ; h̄ intenſio nō facit ad originale peccatum ſ; poti⁹ ad actuale. Aut ex vinculi refrenandi cōfractiōe. ⁊ ſic in oībus habet eq̄liter reꝑiri ꝓ eo q̄ illud vinculū ɔcupiē q̄d ē originalis iuſticia merito culpe Ade ī oībꝫ ē ɔfractū. Q̄tū ī ſup ad feditatem q̄ ē ī carne. nō pōt eē magis ⁊ min⁹ originale. P° q̄ non eſt idoneitas ad intēſionē ex parte ſuſceptibilis. Nam ſicut ſpeculum nouū inficit᷑ a muliere mēſtruata· ſed poſtq̄ īueteratū eſt· ex aliquo aſpectu nō recipit nouam īfectionem. Sic humana natura ī ſui primordio quaſi exiſtens noua infici habuit a corruptione pſone· ſed poſt inueterationē non recipit nouam infectionem. 2° nec ex parte agētis. quia nullus eſt poſt ꝑmū hominem cuius tranſgreſſio reſpiciat niſi obligationē pſone. Hinc eſt q̄ talis culpa nō habet inficere niſi carnem cōiunctā. 3° nec ex parte proprietatis intenſibilis. Illa n. quoꝝ impoſitio eſt in termino non habēt recipe magis ⁊ min⁹· ſm phm. Feditas autem carnis ſcđm q̄ eſt ꝑncipiū contractionis originalis ortum habet ex carētia originalis iuſticie. Et quia carētia illa quedam ē nuditas. ⁊ nudo nō eſt reꝑire magis nudum· ſicut originalis iuſticie nuditas non recipit magis ⁊ minus· ſic nec carnis feditas. Omnes igitur tali macula eq̄liter infecti rogemus omnipotentē deū ut miſereatur noſtri. ⁊ pducat nos ad gloriam ſupernam ī ſecula ſeculorum Amen.

¶ Dn̄ica in ſeptuageſima. q̄liter ⁊ vnde ⁊ p quid contrahatur pctm̄ originale

Sermo. 31⁹.

CAſtigo corpus meum. ⁊ ī ſeruitutem redigo· ne forte cū aliis predicauerim ipſe

reprobus efficiat. Scribũt̃ hͦ vͦba .i. ad Cor. 9º. ca.º et in epl̃a occurrẽtis dñice. Docet nos apl̃us frẽs cariſſimi p ſimilitudinem tpaliũ exercitiũ ſpũaliũ in pñti epl̃a. di. Neſcitis q hi q in ſtadio currũt oẽs quidem currũt. et tñ vnus accipit brauiũ. q̃uis oẽs currant aliis pmio labori fruſtrat. Sz ĩ curſu ſpũali qui ↄſiſtit ĩ exercitio vtutũ oẽs pñt accipe brauiũ .i. gloriã ſempiternã. iõ ſeqtur. Sic currite ut ↄphendat. iux illud apl̃i ad Phil. 3º. Ad deſtinatum pſequor brauiũ ſupne vocationis. Et illud ad Heb. 12º. Curram ad ppoſitũ certamẽ. abſtinendo videlz ab oĩbus ĩpedimentis ad ſiĩitudinẽ currentiũ in ſtadio. Oĩs .n. qui ĩ agone ↄtendit. ab oĩbus ſe abſtinet .s. ĩpediẽtibus. Et illi qdem ut corruptibilẽ coronã accipiãt nos aũt ĩcorruptam. q̃ſi di. A fortiori itidem debem⁹ facẽ. Deinde ponit exemplũ ppriũ .s. currẽdi et pugnandi. Siĩitudinẽ currẽdi cũ dic. Ego igitur ſic curro nõ q̃ſi ĩ incertũ. ut .s. ſim incert⁹ de pmio. Similitudinẽ pugnandi cum dic. Sic pugno .s. cõtra hoſtes exteriores. non q̃i aerem vͦberãs .i. nõ inanit̃: ut ille q p hoſte ferit aerẽ. Pugnam vͦo ↄtra temptationẽ interiorẽ q eſt a carne. ſigt̃ cũ ſubdit ĩ vͦbis ppoſitis. Sed caſtigo corpus meũ .i. reprimo motus illicitos carnis. et ĩ ſeruitutẽ redigo .s. ratiõis. ne forte ⁊c. Que qdẽ rebellio carnis pceſſit a pctõ originali. De q̃ tractãtes poſtq̃ ĩ pcedẽti ſermõe vidim⁹ ei⁹ entitatẽ et qdditatem: in pñtiarũ de eius contractiõe conſiderantes

p videndũ ẽ vnde cõtrahat̃.

2º qualiter contrahatur.

3º p quid contrahatur.

Pars pma hui⁹ ſermõis. in q̃ dedarat̃ vnde et a quo cõtrahatur pctm̃ originale.

cōſideret̄ pnīa in ſuo ſūmo·tūc credo
ſimpliciť ꝙ adultus ꝑ baptiſmū pnīe
maiorē recipiat grām. vn̄ ⁊ melior eſt
ꝗꝫ baptiſmus aq̄ uel ſanguīs·ſm ꝙ di-
ſtinguit̄ ꝯ̄ eam.⁊ poſt ipſam baptiſm⁹
ſanguīs ē melior. Si aūt baptiſm⁹ ſan
guīs ⁊ aq̄ ꝯſiderēt̄ ut īcludētes intio-
rē deuotiōꝫ·tūc qlibet eorꝫ ē melior ꝗꝫ
intior deuotio tm̄. Et ſic pꝫ ſecūdū re-
mediū. Tertiū remediū ē martyriū
ſiue baptiſmus ſanguīs q̊ abluti fue-
rūt ſcī inocētes q occiſi fuerūt ꝓ xp̄o
i. vice xp̄i. Math.2°. ca°. Simiť ſi qs in-

fidelis uel pagan⁹ hn̄s cōtritionē pec-
catorꝫ ſuorꝫ·nec hn̄s facultatem ſuſci-
piēdi baptiſma.⁊ ī caſu ſuſtinēt mar-
tyriū amore xp̄i·abſolueret̄ a peccato
originali.⁊ ab oībus alijs pctīs. O fe-
lix baptiſmus q alios excedit in hoc ꝙ
ſtatim dat gloriā·ſm Franciſcū vbi s̄.
⁊ qa nō pōt inqnari ſordibus ſecūdis
ſm Ricar. vbi s̄. Que ꝯfirmat Damaſ.
li° 4°. ca°. p̊. di. Valde reuerēdus ē iſte
baptiſm⁹ inꝗꝫtū ſecūdis vltra nō inq-
nat̄ ſordib⁹.⁊ ſtatim in vitā ītroducit
eťnam. Et ſic pꝫ ťtiū remediū. Quar-
tū ⁊ vltimū vniuerſale ⁊ gnāle reme-
diū eſt ſacrū baptiſma fluminis ⁊ aq̄.
De q̊ ſic ſcribit̄ Ioh.3°. Niſi qs renat⁹
fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſcō·nō intrabit ī
regnū celorꝫ. Et Math. vlt. Eūtes do-
cete oēs gentes baptiçantes eos ī noīe
patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſcī. Vn̄ ſm Ricar.
ī 4°. diſ.4.arti.2°. q.1. ꝓprie loquēdo
non ē niſi vnū baptiſma·iux̄ illud ad
Eph.4°. Vn⁹ dn̄s·vna fides·vnū ba-
ptiſma. Qui quidēꝫ baptiſm⁹ excedit
alios duos ꝗꝫtū ad hꝰ ꝙ ꝑ ipſū pluribꝫ
pōt ſubueniri. Subuenit̄.n. adultis ⁊
paruulis.⁊ etiā ꝗꝫtum ad hꝰ qa ꝑ ipſū
caracter impmit̄·non aūt ī alijs duo-
bus. Idcirco ad declarationē predic-
torꝫ quatuor breuia ſunt notanda. p̊
notandum ē ſm Ricar. vbi s̄.q.2.ꝙ ⁊
ſi pnīa ſiue ꝯtritio ſuppleat vicem ba-
ptiſmi eo modo quo dictū.eſt.s.ſi de-
ſiderat̄ ⁊ haberi nō poſſit·iuxta illud
glo. Ioh.3°. Si neceſſitas impedit·vo-
luntas ſufficit ꝗꝫtum videlꝫ ad peccati
remiſſionē·tam originalis ꝗꝫ actualis.
tn̄ cōtritio nō ſupplet vicem baptiſmi
ꝗꝫtum ad caracteris impſſionem. 2°
notandum eſt ꝙ nec ſꝑ nec in pluribꝫ
ſola cōtritio totam penam tēporalem

debitam ꝓ actuali peccato remittit. Sȝ
ſi cum contritione adeſt baptiſmi ſuſ-
ceptio· gratia amplior daṫ. ⁊ inclina-
tio fomitis magis minuiṫ. 3° notādū
eſt ſm̄ Ricar. vbi ſ̄. q. 3. ꝙ ꝗuis in ba-
ptiſmo ſanguinis fiat remiſſio peccati
ut dictum eſt· non tn̄ impreſſio carac-
teris ſicut in baptiſmo flumīs. quia in
ſic baptiçato loco caracterꝭ ī vita eter-
na erit aureola martyriȷ̄. Vterqȝ. n. ba
ptiſmus habet efficatiā a merito paſ-
ſiōis xp̄i cui ꝑ martyriū magis homo
conformaṫ realiṫ ꝗ̄ ꝑ aque baptiſmū
ꝗuis ī ſigno ſit ecōuerſo· loquēdo de
ſigno ſign̄te ex inſtitutione. 4° no-
tandum eſt ſm̄ Franciſcū vbi ſ̄. ꝙ cū
peccatum originale non ſit niſi quedā
realitas obligatoria· quatuor modis
diſſoluiṫ aliqua obligatio. Aut ꝑ de-
bitiōis diſſolutionem· quo modo ſol-
uitur obligatio inter virū ⁊ vxorem ī
morte. Sed iſto modo nō pōt diſſolui
peccatum originale ꝑ baptiſmū. quia
aīa cui ineſt talis reatus eſt īmortalis.
Aut pōt fieri ꝑ debiti ſolutionē· ſicut
qn̄ qs reddit quod debȝ. Sed nec iſto
modo poteſt diſſolui peccatum origi-
nale. quia debitum eſt infinitū. Et iō
non pōt ſolui pena dāni eterna. Aut
poteſt diſſolui ꝑ cauſe debite ceſſatio-
nem· ſicut ſoluitur obligatio ꝓueniēs
heredi ſi hereditatē amittat. Sed nec
iſto modo pōt diſſolui peccatum origi
nale. quia cauſa obligationis eſt vnio
ut tranſiens ī preteritū. tale aūt deſti-
tui non pōt. Aut poteſt diſſolui ꝑ vo-
luntariam remiſſionē eius cui fit debi
tum. Et iſto modo bn̄ diſſoluiṫ pctm̄
originale ꝑ p̄dicta baptiſmata. Quis
n. baptiſmus fluminis aut ſanguinis
aīam nō attingat· tn̄ quia ſic fuit pla-
citū deo· ut patet ex eius inſtitutiōe:
diſſoluitur p̄dicta obligatio. Vn̄ ſi in-
ſtituiſſet ꝙ de ſolo fletu diluereṫ· ſtatī
ut infans incipet flere eſſet totaliṫ de-
letum· cum dimiſſio debiti ſit ad bn̄-
placitū ei⁹ cui debeṫ. Et ſic patet pars
ſecūda hui⁹ ſermōis.

¶ Pars tertia hui⁹ ſermonis. in qua po-
nūtur effectus baptiſmi ſalutaris.

TErtio in iſto ſermone ponen-
di ſūt effectus baptiſmi ſalu-
taris qui ſūt ſm̄ doc. quatuor
ꝑncipaliṫ. Prim⁹ ē pcti̅ purgatio. 2⁹
eſt grē collatio. 3⁹ eſt fomitis reꝑſſio.
4⁹ eſt pene remiſſio. Primus igitur
effect⁹ diciṫ culpe purgatio. Ponit. n.
Aug⁹ in lib° ench. ca° 26°. et habeṫ de
conſe. diſ. 4. c. a paruulo. ⁊ recitatur a
mgr̄o ī 4°. diſ. 4. ca° p̄°. ꝙ baptiſm⁹ de-
let oēm culpam. Qđ declarant doc. s.
Bona. ī 2°. diſ. 32. arti. p̄°. q. 1. et Vgo de
caſtro nouo. ⁊ Scot⁹ ī ea. diſ. ⁊ Ricar.
in 4°. diſ. 4. arti. 3°. q. 1. et Nico. de lyra
ſuper epl̄am ad Ro. 5°. ca°. di. ꝙ ꝑ ba-
ptiſmū nō redditṫ rectitudo q̄ fuit in
Adam. qa baptiçati rebellionē habēt
carnis ⁊ ſenſualitatis· ſed ꝑ h° ꝙ ꝑ gra-
tiā xp̄i tolliṫ debitū habēdi dictā rec-
titudinē. Et ſic carētia dicte rectitudi
nis nō remanet ut ē culpa quā forma-
liter facit debitū habēdi ipſam ut dic-
tum ē ſ̄. ſ3 remanet tm̄ ut ē pena ⁊ v̂tu
tis excercēde mā̄ ꝙ p̄dictum debitum
cōmutatur in aliud debitū. s. habēdi
gratiā ſi qs peccat. ex quo patet quare
nō reddit pctm̄ originale. qa iam non
eſt obligatus ad iuſticiā originalem·
ſed ſolū ad habēdam gratiā. Hui⁹ aūt
remiſſionis culpe per baptiſmū poteſt
formari exemplū nāle tale. Sicut enī
agens nāle formam ſibi ꝯriā corrūpit

ĩ mã 7 diſpoſitiões ad eam .7 relinqt
naturalem aptitudinẽ ĩ mã ad formã
ſimilem forme iam corrupte.7 educit
de eadẽ mã formã ſibi ſimilẽ 7 diſpo-
ſitiões ad eam reddẽtes mãm minus
aptam uel min⁹ facilem ad h̕ ut tranſ-
mutet̃ ad formam ſiſem corrupte.Sic
alr̃q mõ ꝑ quãdã ſilitudinẽ agit deus
ĩ aĩa ipſo baptiſmo mediãte ſicut in-
ſtrumẽtali agente.Corrũpit.n.formã
ſibi ꝯ̃triam.s.pctm̃ mortale tam origi
nale q̃ȝ actuale ſi ſũt in ſuſcipiente ba-
ptiſmũ.7 pctm̃ veniale inq̃ȝtũ ẽ diſpo
ſitio ad mortale.niſi ſuſcipiẽs baptiſ-
muȝ ficte 7 ĩpenitent̃ ſuſcipiat.Relin-
qt tñ in ſubiecto aliquã inclinationẽ
ad peccandũ.Et ĩ illo ſubiecto impri-
mit formã ſibi ſiſem.s.grãm 7 diſpo-
ſitionẽ ad eã.i.caracterẽ ꝑ quẽ incli-
natio ad peccandũ dimittit̃.nõ tñ to-
talit̃ deſtruit̃ de lege cõi. 2⁹ igit̃ effec
tus baptiſmi ſalutar̃ eſt gr̃e collatio.
Cui⁹ ratio ĩ ꝓcedẽtib⁹ patȝ ſm dictos
doc.Nam gr̃a 7 culpa ſũt ꝯ̃tria.7 ſcd̃m
ph̃m x°. metaph.Contraria mutuo ſe
expellũt.Vni⁹.n.excluſio alteri⁹ ẽ in-
cluſio.Si igit̃ ꝑ baptiſmũ delet̃ pctm̃.
g̊ ꝯfert̃ 7 gr̃a.Qd̕ ſꝑ itelligendũ ẽ niſi
ficte ſuſcipiat̃.Nam tales lȝ recipiant
ſacramentũ baptiſmi.i.caracterẽ.nec
ſint ampli⁹ baptiçãdi.nõ recipiũt tñ
effectũ ſacr̃i neqȝ gratiã durãte fictio-
ne.ſm oẽs doc.in 4°. diſ.4. 3⁹ effect⁹
baptiſmi ſalutar̃ eſt fomitis 7 ꝯcupĩe
rep̃ſſio.Ait.n.Aug⁹ ut recitat mg̃r in
2°. diſ.32.ꝙ ꝑ gratiam baptiſmi vitiũ
ꝯcupĩe debilitat̃ atqȝ extenuat̃.Quod
dictũ ſic intelligit̃ ſm Bona.vbi s̃.ꝙ
queãdmodum in actuali pctõ ꝑuatio
habilitat̃ bone eſt ipſũ pctm̃ formalit̃
loquẽdo.Ipſa v̊o habilitatio ſiue ꝓni-
tas ad actũ pctĩ nõ eſt pctm̃ niſi mãlit̃
loquẽdo ꝓ eo ꝙ nõ ẽ culpa niſi q̃ȝdiu
manet ibi ꝑuatio.Sic ĩtelligendũ eſt
in pctõ originali.quia.s.ibi ẽ ꝑuatio
s.iuſticie carẽtia.7 habilitatio.i.con-
cupiſcẽtia.Queãdmodũ igit̃ ĩ actua-
lis pctĩ delectatiõe cũ gr̃a infũdit̃.ſta-
tim remouet̃ culpa inq̃ȝtuȝ erat defor-
mitas 7 ꝑuatio.nihilomin⁹ tñ ſimul
cũ h̕ manet q̃dã ꝓnitas ad actũ.lȝ re-
miſſa ĩ his potiſſime q peccauerũt pec-
cato cõſuetudinis.Sic qñ gr̃a baptiſ-
malis infũdit̃ aĩe.ſtatim remouet̃ ori-
ginale pctm̃ eaten⁹ q̃ erat carentia de-
bite iuſticie.Statim etiã cũ gr̃a ẽ ĩ aĩa
ſimul cũ ea eſt 7 iuſticia.Cõcupĩa v̊o
non oĩo tollit̃ ſ3 minuit̃ ꝓ eo ꝙ ꝓnitas
ad culpã ſimul põt ſtare cũ gr̃a.qa ſi-
cut dictũ ẽ : nõ erat ipſũ pctm̃ forma-
lit̃ loquẽdo ſ3 mãlit̃.Vñ cũ excluditur
carẽtia debite iuſticie ꝑ gratiã baptiſ-
malẽ remanet ꝯcupĩa rõne pene.Et h̕
ẽ qd̕ dic mg̃r ꝙ tranſit reatu 7 rema-
net actu.Minuit̃ tñ cõcupĩa ſicut dic-
tũ ẽ dũ dat̃ ptãs ſpũi ꝑ grãm regendi
7 vincendi carnẽ.Et ſic pȝ terti⁹ effec-
tus. 4⁹ effect⁹ baptiſmi ſalutar̃ ẽ pe-
ne remiſſio.qa ſm Ricar.in 4°. diſ.4.
arti.3°. q.2.baptiſmus aperit paradiſi
ianuã.Vñ Beda ut recitat mg̃r in 4°.
diſ.i.c.5°.Differentia int̃ circũciſionẽ
7 baptiſmũ vna eſt.ꝙ tꝑe circũciſiõis
circũciſi ianuã regni celeſtis nõdũ in-
trare poterãt.ſ3 modo bñ pñt ꝑ baptiſ
mũ.Cũ igit̃ baptiçato ianuã paradiſi
apꝑire eſt remouẽ oẽ illud qd̕ aĩam ba-
ptiçati ſeparatã a corꝑe põt ab ĩgreſſu
ꝑadiſi ꝓhibere ſimplicit̃ 7 ad temp⁹.
Duo ſũt aũt q̃ aĩam ab h⁹mõi ĩgreſſu
ꝓhibere pñt ſimplicit̃.s.mortale pec-
catũ tam originale q̃ȝ actuale.7 obliga
tio ad penã eternã.Duo ſũt etiã q̃ ꝓ-
hibẽt ad tẽpus.s.pctm̃ veniale.7 ob-

ligatio ad penā tpalem. Illa .n. ſupna ierlm libera eſt ab oī ſeruitute culpe ⁊ pene· dicēte aplo ad Gal. 4°. Illa q̄ ſurſum ē ierlm libera eſt. ḡ p baptiſmū nō tm̄ deletur ī baptiçato oīs culpa· ſed ⁊ ſibi remittitur oīs obligatio ad penā eṫnam ⁊ tpalem. qa ſi illam nō explet baptiçatus ī vita iſta· teneret eam explere p equalentiā in alia. ⁊ ita per illam poſſet eius aīa ſeparata ꝓhiberi ad tēpus ab ingreſſu vite eterne. Non tn̄ p baptiſmū remittitur omnis pena tpalis originali peccato debita. utpote concupīa ſeu ꝓnitas p̄dicta. Nam cū illa termineṫ cum hac vita· non poteſt p illam aīa baptiçati a corpe ſeparata ab īgreſſu paradiſi prohiberi· nec ſimpliciṫ nec ad tēpus. ¶. Pena p̄dicta eſt baptiçato dū viuit occaſio ut p⁹ea felicius ingrediaṫ vitam eṫnam. Ait .n Aug⁹. 13°. de trini. ca°. 16°. Proſunt iſta mala q̄ fideles pie pferūt uel ad emūdanda pctā· uel ad exercēdam ꝓbandamq̧ iuſticiā· uel ad demonſtrandā vite hui⁹ miſeriā: ut illa vbi erit beatitudo vera atq̧ ppetua ⁊ deſideretur ardentius. ⁊ inſtantius requirantur. que deſiderate ⁊ q̄rere concedat ille q cum patre ⁊ ſpū ſancto ſuo viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſecūda poſt dnicā ī qnq̄geſima. de pctō veniali Sermo. 34⁹.

SI linguis hoīuꝫ loquar ⁊ angeloꝝ caritatē aūt non habeā factus ſū velut es ſonās aut cymbalū tinniēs. Iteꝝ vbi ſ. ¶ Finito tractatu de pctō originali fratres cariſſimi· ſeqtur iuxta diſtinctionē premiſſam i p̄cedenti bꝫ ex parte videlicꝫ tract⁹. quia aliud erat originale· aliud veniale. ⁊ aliud actuale mortale: ordinate procedendo tractare de pctō veniali· quod q̄uis ſm oēs theologos caritatē oīmodā nō excludat· ipſam tn̄ aliq̄ modo diminuit. ⁊ vires ei⁹ in aīa debilitat. ⁊ ad ei⁹ amiſſionē inducit ⁊ inclinat· iux̄ illud dictum. Qui parua dtēnit paulatim labiṫ in maiora. Debet igiṫ hō conari q̄tuꝫ pōt ut etiā venialia pctā deuitet· ne ex iſtis nimis veniali bꝫ ad maiora mortalia decidat p q̄ caritas ſine q̄ ſaluari non poſſum⁹ totaliṫ pdiṫ ⁊ euacuaṫ. Cui⁹ neccītatem aplus in v̄bis p̄allegad explicat. di. Si linguis hoīuꝫ loq̄t ⁊ angeloꝝ ⁊c̄. De pctō igiṫ veniali tractantes· tres breues cōſiderationes ānotabim⁹

Prima erit de peccati venialis nominatione.

Secunda erit de peccati venialis mutatione.

Tertia erit de peccati venialis diſtinctione.

¶ Pars pma hui⁹ ſermōis. in q̄ declaraṫ ratio noīs pcī venialis.

PRimo igitur in iſto ſermone aduertendum eſt ſm Alex. de ales in ſecūda parte ſūme ſue in tractatu de diuiſionibus peccati. q̧ veniale ſub h̄ noīe non dicit ꝓpriam differentiam diuidentem cōtra mortale· ſed circūloquitur propriam differētiam. Quia .n. illud peccatum quod diſponitur ex aliqua cōditione ad relaxationem· licꝫ de ſe non ſit terminabile· tamen ex aliqua conditione terminatur. niſi adiungatur ei mortale p qd̄ fiat impenitētia finalis. qa nō pōt

remitti veniale ſine mortali ut volūt
theologi nr̄i· maxime Ricar. ī 4° diſ.
16. arti. 5° q. 2. Cui⁹ rōnē aſſignat ſic.
Gratia ſm ſe opponit' mortali pctō· ve
niali aūt nō opponit' niſi mediāte aliq̊
actu oppoſito veniali pctō. Et qa ha-
bit⁹ pōt eſſe ſine actu. ⁊ vn⁹ actus ſine
alio. iō mortale remitti poteſt ſine ve-
niali. ⁊ vnū veniale ſine alio. Act⁹ aūt
grē veniali pctō oppoſit⁹ ꝑ quam ve-
niale pctm̄ remittit' nō pōt eē ſine ha-
bitu grē q̄ pctō mortali ſm ſe oppōit'.
⁊ iō ſine mortali nō pōt veniale remit
ti. Nec pōt dici ꝙ veniale poſſit remit-
ti ꝑ pnīam ſine grā. qa talis pnīa ē in-
formis nō accepta deo illa acceptatiōe
q̄ reqrit' ad remiſſionē pctī. Veniale g̊
dr̄ cui ꝑ ſe debet' pena t̄minabilis ſiue
tpalis. ⁊ ī hac rōne diuidit' ꝯ̄ mortale.
Debitū. n. pene interminabilis ⁊ pene
termīabilis q̄tū ē de ſe in vnā coinci-
dūt diuiſionē. Et ſicut mortale poteſt
fieri venia dignū ꝑ pnīam· ita ex op-
poſito veniale fit dignū pena intermi
nabili ꝑ impenitētiā finalē. Vn̄ nota
ad clariorē noticiā ſm Tho. in qōnib⁹
diſputatꝭ de malo. q. i. de pctō veniali.
vtꝝ cōueniēt' diuidat' ꝯ̄. ꝙ pctm̄ ve-
niale dicit' trib⁹ modis. s. a pnīa· a cā·
a mā. p̊ dicit' veniale a pnīa. qa iam
ꝯſecutū ē veniā ſicut dic Amb°. ꝙ pec
catū mortale ꝑ cōfeſſionē fit veniale.
⁊ h̊ mō veniale nō diuidit' ꝯ̄ mortale
2° mō dr̄ veniale a cā. qa in ſe habet
aliquā cām venie· nō ꝙ nō puniat' ſ3 ꝙ
miti⁹ puniat'. Et h̊ mō dr̄ pctm̄ ex in-
firmitate uel igrātia qd̄ excuſat ī toto
uel in pte. nec h̊ diuidit' ꝯ̄ mortale. qa
ꝯtingit aliquē ex igrantia uel īfirmi-
tate peccare mortalit'. 3° dicit' veniale
ex ſua mā. ⁊ h̊ diuidit' ꝯ̄ mortale quod
q̄tū ē de ſe meret' mortē etnā· nō aūt
veniale. Et iō ponit Aug⁹ talē rationē
pctī venialis. di. Veniale ē qd̄ hoīem
vſq3 ad reatū ꝑpetue mortꝭ nō grauat
ſ3 ⁊ penā meret'. ⁊ ſi facile indulgetur.
h̊ ille. Ad declarationē ꝑdictoꝝ po-
nitur iſta ꝯclō. Q2 diu ī hac vita de le-
ge cōi hō non poteſt ſtare ſine peccato
veniali. Que ꝯclō ſic declaratur ſcd̄m
Alex. vbi ſ̄. q diſtinguit. di. Q2 eſt loq
differentialit' de aliqua particula vite
hoīs. ⁊ de tota vita hoīs hn̄tis naturā
corruptā. Si aūt fiat ſermo de aliqua
particula vite hoīs· ſic dic ꝙ hō poteſt
eſſe ſine veniali peccato. Quod ꝓbat'
ſic. Ponatur ꝙ aliquis adultus ſit ba-
ptiçatus qui multa egit mortalia ⁊ ve
nialia. Baptiſmus delet culpam ⁊ pe-
nam. g̊ ī inſtanti quo baptiçat⁹ ē nul-
lum h3 veniale peccatū. g̊ aliqs pōt eē
ſine veniali pctō. ꝓ̄. Ponat' ꝙ aliqs
cōmiſerit quatuor venialia peccata ⁊
non plura. ⁊ cōteratur de illis. in con-
tritione aūt remittitur culpa. g̊ nullā
habet illoꝝ. g̊ eſt ſine veniali pctō pro
illo tēpore. ꝓ̄. ꝓ̄ů. 24°. Septies ī die
cadit iuſt⁹. ⁊ reſurgit. ⁊ loqt' ibi de ve-
nialib⁹. g̊ iuſtus reſurgit a veniali. ſed
cum reſurgit non habet veniale. g̊ iu-
ſtus poteſt eſſe ſine veniali. Vn̄ dicit'
in glo. ibi. Si malū eſt ꝙ cadūt· ne ha-
beat illud malū· citi⁹ reſurgūt. Si aūt
fiat ſmo de tota vita hominis ꝙ ſit ſi-
ne pctō veniali· h̊ eſt de excellēti grā ⁊
ſpāli· ſicut videt' dicē Aug⁹ d̄ btā vir-
gine. Confirmat' h̊ ꝑ auctoritates ſcri-
pture. Nā ꝓů. 20. dr̄. Quis pōt dicē:
mūdū eſt cor meū· pur⁹ ſū a peccato. s
iam magno tempore. Itē glo. ſuꝑ illud
ꝑs. Qui opātur· ingt. Fomes qui eſt
languor nature cōmouet illicita deſi-
deria. Et ita ſine peccato. s. longo tem-
pore eſſe nō poſſum⁹. Itē. i. Joh. p̊. dr̄.

Si dixerimus.quia pctm̄ nō habemꝰ ipſi nos ſeducimꝰ.⁊ vitas ī nobis non eſt.Intellige ſp longo tēpore.⁊ de lege cōi.Itē Augꝰ ſup pmā cononicā Joh. inqt.Impoſſibile ē ſcm̄ aliquē aliqn̄ ī minimis nō cadere pctīs.Item Augꝰ in li° de ſpū ⁊ littera·inquit.Non impediunt a vita eterna iuſtū qdam venialia peccata ſine quibꝰ vita iſta non ducit̄.Item idē ipſe lib° 4° ɔtra pelagianos.ca°.9°.allegat Cyprianū dicētem ſup illud.Dimitte nobis debita noſtra.Ꝙ neceſſe aut ꝙ prudent̄ ⁊ ſalubrit̄ admonemur ꝙ pctōres ſumus qui ꝑ peccatis noſtris rogare compellimur.Et ideo indulgētia a deo petit̄ ut cōſciētie ſue animꝰ recordet̄·ne qs quaſi ſibi inocens placeat.⁊ ſe extollēdo plus pereat·inſtruit̄ peccare ſe qtidie dū ꝑ peccatis iubet̄ orare.Et in li° de eccleſiaſticis dogmatibꝰ dicit̄.Nullus ſanctus ⁊ iuſtus caret peccato·nec tn̄ ex h̄ deſinit eē iuſtus uel ſanctꝰ cū affectu teneat ſanctitatē.Non.n.nāe viribꝫ ſed propoſiti adiumento p dei gratiā acquirimꝰ ſanctitatē.Et iō veraciter oēs ſancti ſe ꝓnūciāt peccatores.qa in vitate habēt ꝙ plangant.⁊ ſi nō ɔprehenſiōe·certe mobilitate peccatricis nāe.H ille.Et ſic patet ps pma huius ſermonis.

¶ Pars ſecūda huiꝰ ſermonis.in q̄ tractat̄ de peccati venialis mutatione.ſ.ſi pōt fieri mortale.

SEcundo in iſto ſermōe ad videndū ſi veniale pōt fieri mortale·pono tres ɔclōnes. Prima eſt talis ſcd̄m Alex.vbi ſ̄.⁊ Tho. pma ſcde.q.88.arti.3°.et.89.arti.p̄.ſ. ꝙ pctm̄ veniale manēs idē ī numero nō pōt fieri mortale·ita ꝙ idē actꝰ numero p̄ ſit pctm̄ veniale ⁊ pꝰea mortale.ſicut nec albedo pōt fieri nigredo. Ait.n.Alex.h̄ declarādo.In pctō mortali ⁊ veniali duo ſūt·actus pcti ⁊ macula ſequēs derelicta in aīa.Cum igit̄ qrit̄·an pctm̄ veniale poſſet fieri mortale.Aut qrit̄ q̄tū ad actū·aut q̄tū ad maculam derelictam.Si de actu.dico ꝙ h̄ non pōt eē.Si.n.actꝰ iſte venialis fuit.⁊ fiendo tranſit·venialis tranſiuit.ſ poſtq̄ trāſiuit nec iterū fiet mortalis.qa nūq̄ amplius idem actus numero. Si vō qrat̄ de macula ɔſequēte ad actum·adhuc nō pōt h̄ fieri ita. qm̄ macula deformās imaginē nō derelinquit̄ ex actu mortali.g̊ q̄cūqꝫ ſint vēialia ſi nō ꝓceſſit mortale·nō fieret macula aīam deformās.Et ita quo ad maculā derelictam de pctō nō poterit illud eē verū.Quibus pſuppoſitꝪ ꝓbat̄ dicta ɔclo tribꝫ mediis ſm̄ Tho. p̄ ſic Illud qđ in ſuo effectu ē tēporale non pōt fieri etnū.ſ pctm̄ veniale q̄tū eſt ex ſe non meret̄ penā etnā ſ tēporalē. mortale aūt meret̄ penam etnā.g̊ ꝛc. Vn̄ oīa peccata venialia de mūdo non pn̄t hr̄e tantū de reatu quantū habet vnū pctm̄ mortale.Nam dic Ricar.ī 4°.diſ.16.arti.2°.q.2.in corpe qōnis ꝙ deordinatio vniꝰ pcti mortalis plꝰ ponderat q̄ deordinatiōes centū peccatorū venialiū ſimul.Et iō tenet ibidem hanc eandē ɔclonē. 2° ꝓbat̄ ſic. Illud qđ nō meret̄ diue viſiōis carentiā non pōt idē numero fieri illud qđ meret̄.ſed peccatū veniale non meret̄ diuine viſiōis caretiam ſicut mortale. igit̄ ꝛc. Cōfirmat̄ iſta rō ſic.Illud peccatū qđ retardat a viſiōe diua nō pōt

idem numero fieri cũ illo quod ꝓ̇uat.
ſed peccatũ veniale retardat· peccatũ
v̊o mortale diuina viſione ꝓ̇uat.g̊ ⁊c.
3° probat̃ ſic. Illud quod in aĩa non
cauſat ⁊ inducit maculam·non poteſt
idẽ numero fieri uel cõuerti in illud
qđ inducit maculam.ſed veniale pec-
catũ nõ inducit maculã in aĩam·pec-
catũ v̊o mortale ſic.g̊ ⁊c. Et ſic patet
ꝑ̇ma ɔclõ. Secũda ɔclõ eſt.Q̃ pctm̃
veniale ſm oẽs ꝑ̇dictos doc.põt fieri
mortale tribus ratiõibus. ꝑ̊ ex con-
ſcientia. Nam quicqd fit cõtra ɔſcien-
tiam edificat ad gehennam. de reſti.
ſpoli.c.litteras.§.pſt.de ſymo.ꝑ tuas
2°. de ſen.exco.c.inqſitiõi.de pe.diſ.4
c.omne qđ.⁊ alibi habet̃.Cui⁹ ratio ẽ
quia cũ in peccato ſint duo.s.auerſio
ab incõmutabili bono.⁊ cõuerſio ad
cõmutabile bonũ.penes auerſionem
iudicat̃ peccatum mortale.Et iõ q̃uis
leuare paleã de t̃ra leue videat̃ ſeu in-
differẽs·tñ qñ fit ɔtra ɔſciam ẽ pctm̃
mortale.Et ideo qñcũq; alicui dictat
ɔſcientia ꝙ aliquid facere ſit mortale
quod tñ ẽ veniale·ſi non deponat illã
ɔſcientiã.⁊ illud faciat·illud veniale
tũc ẽ ei mortale·ſicut cõtingit multis
ſcrupuloſam ɔſciam habentibus. 2°
modo veniale fit mortale ex cõplacẽ-
tia. Vñ Aug⁹ ait. Nullũ pctm̃ ẽ adeo
veniale quod nõ fiat mortale dũ pla-
cet.Quod dictũ multi male ĩtelligũt.
Aliq.n.exponũt ꝙ pctm̃ veniale quod
cõmittit̃ ex pleno cõſenſu ⁊ delibera-
to aĩo fit mortale·qđ nõ ẽ verꝫ ſi ɔſen-
tiũt ĩ illud tanq̃ in veniale·adeo ꝙ ſi
mortale eſſet nullaten⁹ cõſentirent·ꝫ
q̃uis ſit graui⁹ q̃ꝫ veniale qđ fit ex ſur
reptiõe·nõ tñ mortale ſimplicit̃ effici-
tur. Audite g̊ rudes q̃lit̃ illud intelli-

gat̃. Nihil eſt adeo veniale qđ nõ fiat
mortale dũ placet.i.illud qđ ẽ venia-
le de ſe ſi fiat cũ tanta libidine ⁊ ɔpla-
centia qđ etiã ſi eẽt mortale illud idẽ
vellet·fit mortale. Vel ſm Alex. Nihil
ẽ adeo veniale ⁊c. Poteſt eẽ ait ipſe ꝙ
cũ qs diligeret aliqd venialit̃.quia ⁊
ſi inordinate·ſub deo tñ ꝙ ꝓgrederet̃
illa inordinatio donec eſſet iam ſupra
deũ.tũc g̊ ex veniali fieret mortale·nõ
qa illa placẽtia ſub deo uel inordina-
tio facta ſit ſupra deũ.nã illa q̃ ſupra
deũ ẽ fuit aliqñ ſub deo.ꝫ qa occaſio-
nalit̃ ⁊ ꝓgreſſiue ꝑuentũ ẽ ab illa que
erat ſub deo ad illam q̃ erat ſupra deũ
Quia g̊ placẽ dicit quietationẽ volũ-
tatis ſupra aliquid·ita intelligẽda eſt
auctoritas Aug. Nihil adeo veniale ẽ
qn fiat mortale dũ placet.hoc ẽ dum
quietat̃ volũtas non ſuꝑ ipſũ veniale
ꝫ ſuꝑ illud ad quod veniale erat diſpo
ſitiuũ ut ꝓgrederet̃ ex ipſo. 3° venia-
le põt eẽ mortale ex ſequela.qa qñ ſur
git pctm̃ veniale ſi nõ ꝓhibetur poſſet
ꝓgredi vſq; ad mortale·nõ quia ipſũ
veniale ĩ ſubſtãtia fieret mortale.ꝫ qa
occaſionalit̃ fieret mortale nõ effecti-
ue. Tertia ɔclõ ẽ.Q̃ pctm̃ mortale de
ſe nũq̃ꝫ poteſt fieri veniale·q̃ ſm Tho.
ꝑ̇ma ſcđe.q.88.arti.6°.ꝓbat̃ trib⁹ ra-
tiõibus. ꝑ̊ ſic.Eternũ nõ poteſt fieri
temporale.ꝫ mortale meretur penam
eternam.g̊ ⁊c. Confirmatur.Quia pec-
catũ mortale inducit maculam in aĩa.
non aũt veniale.g̊ ⁊c. 2° ſic. Illud qđ
ꝓ̇uat viſione dĩna non põt eẽ uel fieri
illud qđ retardat a viſiõe dĩna.ꝫ pec-
catũ mortale ꝓ̇uat·veniale aũt retar-
dat ut dictum ẽ.g̊ ⁊c. 3° ſic. Peccatũ
veniale poteſt fieri mortale ꝑ ſequen-
tem deformitatem·ſicut cũ quis dicit

verbū ocioſū aīo fornicandi .ſ pecca-
tum mortale ꝓpter ſequentē deformi
tatē nō diminuitur ſed potius aggra-
uatur·ſicut nō diminuitur peccatum
eius qui fornicatur ut peccatum dicat
ocioſū·īmo magis aggrauatur ꝓpter
talem deformitatē. Ad declarationē
p̄dictoꝝ ponitur iſta ↄclō. Q̄ꝫ peccatū
veniale lꝫ nō dānet aīam·tñ tria mala
facit. Primū ē ꝙ obligat ad penam
purgatorij uel ad penam preſentis ſa-
tiſfactiōis.Si .n.hō de peccato veniali
non penitet·penitebit eum ī purgato-
rio. Unde mg̅r in 4°. diſ.22.ca°.3°. et
Ricar.ibidē.arti.2°. q.i.dicunt ꝙ aliq̄
peccata venialia remittūtur poſt hanc
vitam nō tm̄ q̄tuꝫ ad penam.quia ſic
remittūtur etiam mortalia multa·ſed
etiā q̄tuꝫ ad culpam.nō ſic intelligen
do ꝙ ſine penitētia ꝑ ignē purgatoriū
conſūmitur ſicut ꝑ ignē conſūmitur
argenti rubigo.ſ quia ꝑ penam iuuāť
aīe ad penitēdū de venialibus de qͥbꝫ
in hac vita nō penituerūt.⁊ ꝑ caritatē
cum qua a corpore receſſerūt eorū pe-
nitētia formatur.⁊ acceptatur.Et ſic
veniales culpe eis remittuntur. Se-
cūdum malum quod peccatū veniale
facit eſt ꝙ aīam obſcurat.⁊ poniť tale
exemplū.Aliqn̄ denigratť aliq̄ imago
depicta intantū ꝙ videri non poteſt.
aliqn̄ ſic obſcuratur ut videri quidē
poſſit ſed nō bn̄ diſcerni. Un̄ ꝓpť talē
differētiā dicit Greg⁹.Veniale obſcu-
rat·mortale v̂o obtenebrat. Tertiū
malū eſt ꝙ peccatum veniale tepidat
debilitat ⁊ retardat.Tepidat dico.q̄ꝛ
ſicut aqua in ignē proiecta licꝫ ignem
non extinguat·feruorē tñ ignis tepi-
dat.ſic peccatū veniale feruorē carita-
tis diminuit. Debilitat dico.q̄ꝛ ſicut
onus ſuꝑ equū poſitū equū debilitat

ne fiat ita promptus ad ambulandū.
ſic peccatum veniale animā debilitat
ab omnibus bonis operib⁹. Retardat
vtiqꝫ a gloria.quia homo qui decedit ⁊
poſſet ſtatim euolare ad gloriam poſt
mortem·propter venialia cogetur ad
tēpus in purgatorio expectare. Et ſic
patet ꝑs ſecūda hui⁹ ſermōis.

¶ Pars tertia hui⁹ ſermonis.in qua de-
claratur differētia peccati mortalis ⁊
venialis.

TErtio in iſto ſermone īueſti-
gandum eſt que differētia ſit
inter mortale ⁊ veniale.Nam
ſm doc.in tribus differūt.p̊ ī auerſio-
ne. 2° in remiſſione. 3° ī pene obliga-
tiōe. p̊ dico ꝙ differūt ī auerſiōe.Qđ
declaratur ſm Alex.vbi ſ̄.⁊ btm̄ Tho.
ī 2°. diſ.42.arti.3°. et ṗma ſcđe.q.88.
arti.5°. et Bona.ī 2°. diſ.42.arti.2°. q.
i.qui dicūt ꝙ abſqꝫ dubio peccatū ve-
niale nō coīcat cū mortali ī auerſiōe.
Importat .n.auerſio dei ↄtēptū.⁊ ↄtē-
ptus irā dei mereť ⁊ mortē.ſ tale pec-
catū nō poteſt dici veniale ſed morta-
le.Nam hō aut auertiť a deo.quia facit
contra diuū mandatum.quia māda-
tum eſt via recte ꝑueniēdi ad deum ⁊
tendēdi in deum.igiť qui facit contra
mandatū·intēdit directe via ↄtraria.
iō quaſi faciē ſuā retrorſū cōuertens
tergū vertit ad illū ī quem debebat ꝑ
mandatū tēdere.veniale aūt peccatū
nō ē directe cōtra mandatū dei ut pa-
tet.igiť ⁊c. Aut hō auertiť a deo.quia
cōtēnit.⁊ a ſe habitualiť excludit ca-
ritatem que ī deum ordinat·quod ſo-
lum facit peccatum mortale. Qui au-
tem venialiter peccat excludit actua-
lem cōſiderationem ſeu operationem

in dei gloꝛiam referẽs actualiter opus
ſuū· nō tñ habitualem cōſiderationē
excludit· eo ꝙ non excludit caritatem
q̄ habitualiter in deum oꝛdinat. Aut
auertit hō a deo. qa ſtatuit ſibi creatu-
ram tanq̄ꝫ vltimū finē. Anima. n. me-
dia eſt inter creaturā ⁊ deū inq̄ꝫtuꝫ ē
imago dei. Dū ğ ad creaturā ſe tanq̄ꝫ
ad finem cōuertit· faciē ſuam q̄ de be-
bat eſſe ſurſū deoꝛſum inclinat. Et idō
ſe auertit a deo. Qui aūt venialiť pec-
cat ī bono tpali non ponit fruitionem
ſuam nec fruitur creatura ſed vtitur.
Refert. n. eam habitu in deū· licꝫ non
actu. Nec in h̄ cōtra p̄ceptū facit. quia
nō tenetur ſp̄ actu referre in deū. Cō-
coꝛdat etiam ī queſtionibꝫ diſputatis
de malo btūs Tho. Et ſic patet pꝛima
differētia. 2° dico ꝙ differūt ī remiſ-
ſione. Vt. n. declaratum ē in ſermona-
rio de pnīa· vnū pctm̄ moꝛtale nō pōt
remitti ſine alio· ſed bene vnū venia-
le. Vñ notādum ꝙ aliter cōparantur
venialia ad īuicem· aliter moꝛtalia ad
venialia· aliter venialia ad moꝛtalia.
p° dico ꝙ comparando pctā venialia
ad īuicē vnū poteſt remitti ſine alio.
Quod ꝓbatur ſm Ricar. in 4°. diſ. 16.
arti. 5°. q. 2. et Tho. ibidem. arti. p°. q.
2. tripliciť. p° ſic. Peccata que ad īui-
cem nullam cōnexionem habēt· vnū
poteſt remitti ſine alio. ſʒ venialia nul
lam cōnexionem habēt ex parte auer-
ſiōis ut dictum eſt ſ. nec ex parte cō-
uerſiōis ut patet intuēti. ğ ⁊c. 2° ſic.
Maioꝛis gratie eſt remiſſio pctī moꝛ-
talis q̄ꝫ venialis. ſʒ vnū peccatū venia-
le manēs fixū ī coꝛde non impedit re-
miſſionē pctī moꝛtalis. ğ multo minꝰ
īpedit remiſſionē alteriꝰ venialis. 3°
ſic. Pctm̄ moꝛtale plus diſplicet deo
q̄ꝫ veniale. qa moꝛtale aufert gratiam
quā deus amat· veniale aūt nō aufert
gratiam. ⁊ ideo vnū pctm̄ veniale nō
īpedit dimiſſionē alterius. 2° dico ꝙ
cōparando moꝛtale ad veniale· ſcḋm
pꝛedictos doc. moꝛtale poteſt dimitti
ſine veniali. Quod ꝓbatᷣ ſic. Peccatū
moꝛtale ſe habet ad veniale ut habitꝰ
ad diſpoſitionem. ſed ſublato habitu
pōt remanere diſpoſitio. ğ remoto uel
remiſſo pctō moꝛtali pōt remanē ve-
niale. p̊. Caritas pōt eē cū veniali ſʒ
nō cum moꝛtali· ſicut p̓us pōt eē ſine
poſteriozi· nō aūt eꝯ°. ſʒ in remiſſione
pctī moꝛtalis reſtituitᷣ feruoꝛ caritatꝭ.
igitᷣ ⁊c. 3° dico ꝙ cōparando veniale
ad moꝛtale· ſm Tho. ī q̄ſtiōibꝫ diſpu-
tatꝭ de malo. ⁊ Bona. ī 2°. diſ. 42. arti.
2°. q. 2. veniale nō poteſt remitti ſine
moꝛtali ut iam dictū eſt. Nā poſteriꝰ
nō pōt reſtitui ſine p̓oꝛe. ſed pctm̄ ve-
niale opponitᷣ caritati ꝑ poſteriꝰ· pec-
catum v̍o moꝛtale ꝑ p̓us. igitᷣ ⁊c. p̊.
Nullū pctm̄ nec veniale nec moꝛtale
pōt remitti ſine grã. ſed pctm̄ moꝛtale
repugnat grē. ğ q̄ꝫdiu moꝛtale ē in aīa
non pōt remitti veniale. igitᷣ patet ⁊c.
3° dico ꝙ differūt moꝛtale ⁊ veniale
ī pene obligatione. qa ſm oēs theolo-
gos pctm̄ moꝛtale dꝫ puniri pena eter
na. pctm̄ autē veniale nō debet puniri
pena etña ſʒ ſolū tpali. Qḋ ꝓbatᷣ tripli
citer ſm Tho. p̓ma ſcḋe. q. 87. arti. 5°.
et Bona. in 2°. diſ. 42. arti. 2°. q. 2. p̊
ſic. Illa pctā q̄ nō faciūt auerſionē ab
vltimo fine ſʒ deoꝛdinationē circa ea q̄
ſunt ad finē oꝛdine debito ad finē ſer-
uato nō debēt puniri p̓uatiōe vltimi
finis. s. dei. ſʒ talia ſūt pctā venialia ut
pꝫ. igitᷣ ⁊c. 2° ſic. Pena etña ē moꝛs ſe-
cūda. ſʒ nulli debetur moꝛs ſecūda niſi
ꝓpť p̓mā q̄ ē ꝑ ſepationē aīe ad deū. ſi
ğ veniale a deo nō ſeparat· ut dictum

eſt.ğ non obligat ad penam eternam.
3° ꝓbatur ſic. Si veniale facit dignū pena eterna. 7 gr̄a facit hoīem dignū vita eterna. cum veniale peccatum 7 gr̄a ſimul ſint ī eodem. ſimul eſt hō dignus vita et̄na 7 pena eterna q̄ nihil magis videtur impoſſibile.ğ ꝛc. Sꝫ iuxta p̄dicta ponit̄ iſta ↄclō. Q ꝙuis pctm̄ veniale nō ducat ad penā eternam. tn̄ ꝙtuꝫ fragilitas hūana pmittit cum dei adiutorio caueri debet. Et ratio huius potiſſima eſt. qa 7 ſi pctm̄ veniale non poſſit idem numero fieri mortale. multiplicatuꝫ tn̄ diſponit ad mortale. Quod ꝓbo tripliciter. p̄ ex parte libidinis. qa augmētata diſpoſitiōe p actus pctōꝝ venialiū. intantū pōt creſcere libido peccandi ꝙ ille qui peccat. in pctō veniali finē conſtituat ut dictū eſt ſ. 2° ꝓbat̄ ex parte ↄſuetudinis. Nam multotiēs peccādo venialiter diſponit̄ ad h̄ ꝙ etiā volūtatē ſuā nō ſubijciat ordini finis eligendo id qd̄ eſt mortale ex genere. 3° idem ꝓbat̄ exemplo ſimilitudinis. Sicut. n illud qd̄ ex ſua natura eſt frigidū pōt fieri calidū. ſic actus q eſt venialis ex ſuo gnē pōt fieri pctm̄ mortale per voluntatem ponētem finē ī creatura. Vn̄ Greg⁹ ait. Sicut. n. parua negligimus inſenſibiliter ſeducti. ſic 7 maiora audenter ꝑpetram⁹. Et ī ep̄la. 68. inquit Aug⁹. Timenda ſūt parua pctā ꝙuis parua. tn̄ crebro ſurrepūt. q cū collecta ↄ nos fuerint. ita nos ğuabūt 7 opprimēt ſicut vnū ğue pctm̄. Et ſup ps 39°. idē ait. Magna p̄cauiſti. de minimis qd agis? an nō times minuta. minuta ſunt ſ multa. ꝓieciſti molem vide ne arena obruaris. Et ī li° de pn̄ia idem ait. Oīa h̄ ſimul aggregata. s. venialia q̄ plura ſunt. velut ſcabies necāt. aut decorē faciei nr̄e extermināt. h̄ ille. Que oīa ſ̄m Alex. hn̄t intelligi diſpoſitiue nō effectiue. ut dicat̄. extmināt. i. diſponūt ad exterminationem. Que aūt ſint pctā venialia ꝙuis ex predictis ī gnāli cognoſci poſſit: attn̄ ſi quis vult magꝭ particularit̄ intelligē legat dictū Augꝭ. in lib° de igne purgatorij. qd̄ hr̄ 25. diſ. §. al̄. vbi ait. Que aūt ſūt minuta pctā ut oībꝫ nota ſint. tn̄ qa longum ē ut oīa replicent̄. opus eſt ut ex his aliq̄ nominem⁹. Quotiēs quis ī cibo uel ī potu plus accipit ꝙ necē eſt. ad minuta pctā nouerit ptinere. Glo. Non ex cōtēptu nec ad ingurgitationem. al̄ eſſet mortale. ut di. 4. deniqꝫ. Jo. Quotiēs qs loqtur plus ꝙ oportet. plus tacet ꝙ expedit. Glo. In plat̄ eſt taciturnitas mortale. 43. diſ. ſit rector. Idem pōt intelligi de quocūqꝫ qui tacendo negligit ſalutem ꝓximi. ſ tn̄ forti⁹ obtinet in p̄latis rōne officij qn̄ maxīe ſe officio obtulerit. ſeq̄. Quotiens pauperem importune petentem exaſperat. Quotiēs cū ſit corpore ſan⁹ alijs ieiunantibus prandere voluerit. Glo. Non ītelligas de ieiunijs ſtatutī ſ de his q̄ qlibet de ſua voluntate ſeruat. ſeqtur. Aut ſomno deditus tarde ad cenam ſurgit. Quotiens excepto filioꝝ deſiderio vxorē ſuam cognouerit. Hoc ītellige niſi alia occurrāt̄ peccatum mortale inducētia. Quotiēs carcere poſitos tardius reqſierit. Infirmos tardi⁹ viſitauerit. hoc oīo p̄termittē mortale eſt. Math. 25°. ſeq̄. Si diſcordes ad ↄcordiā reuocare neglexerit. Glo. In prelato hoc eſt mortale. 90. diſ. c. precipimus. Jo. ſequitur. Si plus aut proximum. aut vxorem. aut filiū. aut ſeruū ꝙ oportet exaſpauerit. Si ampli⁹ fuerit blandit⁹ ꝙ oportet.

Si cuiq; maiori pſone aut ex volūtate
aut ex nccītate adulari voluerit. Glo.
Tribꝫ modis adulat̃ qs. uel aut attri-
buēdo alicui bonū quod hꝫ. uel nimiū
extollēdo bonū qꝺ non hꝫ. Et vtrūq;
iſtoꝝ eſt veniale. uel approbādo malū
qꝺ habet. ⁊ h̃ eſt moꝛtale. Jo. Tñ etiā
in p̃mis duobus caſibus ſi mendaciū
vergit ad deceptionē ꝓximi uł alicuiꝰ
damnū uel iīuriā videt̃ moꝛtale. quia
pniciosū eſt mendaciū ut ponit Tho.
ſcd̃a ſcd̃e. q. 110. arti. 4°. ſeqtur. Si pau
peribus eſuriētibꝫ nimiū delitioſa uel
ſūptuoſa cōuiuia p̃parauit. Hoc ītel-
ligendū eſt qñ non indigent uel indi-
gentibus neceſſaria miniſtranda ſūt.
Math. 25°. Et ſi hoc pctm̄ eſt in pau-
peribus. multo foꝛtius videtur in di-
uitibus. quia paupibus ⁊ non diuiti-
bus cōuiuia pꝛeparanda ſūt. Luc. 14°.
ſequitur. Si ſe in eccleſia uel extra ec-
cleſiam fabulis ocioſis de qbus in die
iudicij ratio reddenda ē occupauerit.
Si dū incaute iuramus. ⁊ cū p aliquā
nccītatē non implere poterimus vtiq;
piuremus. Puto q̧ ſi qs dū iurat cre-
dit uel v̂iſiſiter exiſtimat ſe non poſſe
implere qꝺ iurat peccat moꝛtaliter. qa
ſciēſ videt̃ velle piurare uel piurandi
piculo ſe exponē. contra p̃ceptū deca-
logi qꝺ hr̃ Exo. 20. Et in eodem foꝛēt
pctō q dicto iuramento quōcūq; coo-
perarēt̃ ſeu ꝯſentirēt. Ro. p̊. Sꝫ de his
ī ſecūdo p̃cepto latiꝰ dicet̃. ſeqtur. Et
cū facilitate uel temeritate maledici-
mus. qm̄ ſcriptū ē. i. Coꝛi. 6°. Neq; ma
ledici regnū dei poſſidebunt. Et ſic pꝫ
p̊ma pcti varietas ex parte reatus qd
differat peccatū veniale ⁊ moꝛtale ⁊c̃.
Abſtineamus ḡ nō ſolū a moꝛtali. ſed
etiā a veniali caueamus nos q̃tū poſ-
ſumꝰ: ut ſic in caritate pfecta fundati
mereamur in pn̄ti cōſequi gratiā ⁊ in
futuro gloꝛiā ī ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Feria tertia poſt dñicam ī qnquageſi-
ma. de diſtinctione actualis moꝛtalis.
Sermo. 35ꝰ.

Si linguis
hoīuꝫ loq̄r ⁊ angeloꝛū.
caritatē aūt nō habeam
factꝰ ſū velut es ſonās.
Jteꝝ vbi ſ̃. Mira res fratres cariſſimi
⁊ diue caritatis inaudita laudatio: ut
oīuꝫ hoīuꝫ meritū. īmo angeloꝝ ī ipſa
ꝯſiſtat. nec eſt aliqs qui meritū aliqꝺ
acqrere valet ſi dono caritatis arden-
tiſſime caret. Jdcirco ſcā romana eccle
ſia q̄ mater ⁊ caput eſt oīuꝫ eccleſiarū
ut diſ. 12. c. p̊. et. 3. q. 6. c. dudū. de ſū-
ma trinitate ⁊ fide catholica. ī. ca°. dā-
namꝰ. clare hr̃: in hac dñica qnq̄geſi-
me in qua tēpus merēdi p pniam in-
cipit ut legeret̃ h̃ epl̃a Pauli q̄ loqr̃ de
caritate ꝯſtituit. oſtendēs pculdubio
q̧ ī ea meritū oē ꝯſiſtit. Vñ v̂ba ꝓpo-
ſita dicūt. Si linguis hoīuꝫ loquar. ſ.
oīuꝫ. ⁊ angeloꝛū. i. illis ſupple linguis
qbꝫ angeli ad angelos loquūt̃. ſuos. ſ.
expmēdo ꝯceptꝰ. Jn q̄ qdē locutione
intellectꝰ ꝓ linguis ſūt. caritatem aūt
nō habeā factꝰ ſum velut es ſonans. i.
alijs ſigns ⁊ ſe deſtruēs. aut cymbalū
tinniēs. i. alios delectās. ⁊ ſeipſū ꝯſū-
mēs. Vñ Jeroꝰ ſup eplam ad Gal. ait.
Vide q̃tū bonū eſt caritas. Si marty-
riū fecerimꝰ ut nr̃as velimꝰ reliquias
ab hoībꝫ venerari. Et ſi opīonē vulgi
ſectantes intrepidi ſanguinē fuderi-
mus ⁊ ſubſtantiā nr̃am vſq; ad men-
dicitatem ꝓpꝛiā dederimꝰ. huic operi
non tam p̃miū q̃ pena debetur. ⁊ pfi-
die magis toꝛmenta ſūt q̃ coꝛona vic-
toꝛie. h̃ ille. Quam qdem caritatē ut

dictū eſt ſolū pctm̄ mortale extinguit
De quo ad pfectam ↄpletionem poſt
multa dicta: reſtat ut de diſtinctione
pctī mortalis actualis aliqua breuiter
ptractemus. Nam vltra diſtinctionē
ex parte reatus de qua ſatis ī ſuprioribus
ſcriptum eſt diſtīguitur ſex alijs
modis. de quibꝫ in preſenti ſermōe h̄
modo tractabimus

p̊.n. de diſtinctiōe ex parte gradus ⁊
ex parte reſpectus

2° de diſtinctione ex parte affectus ⁊
ex parte nominis.

3° de diſtinctiōe ex parte impulſus ⁊
ex parte originis.

¶ Pars pᷓma huius ſermonis. in q̄ tractatur
de diſtinctiōe pctī actualis mortalis
ex pte gradus ⁊ ex pte reſpectus.

PRimo igitᷣ ī iſto ſermone declarandū
ē quō diſtinguitur
pctm̄ actuale mortale ex pte
grad⁹ ⁊ ex pte reſpect⁹. p̊.n. ex parte
grad⁹ pctm̄ diuiditᷣ ī pctm̄ cogitationis
oris ⁊ opis. Et declaratᷣ iſta diuiſio
tripliciṫ ſm Alex. ī ſecūda pte in tractatu
de diuiſiōibꝫ pctī. ⁊ Tho. ī 2°. diſ.
42. arti. 2°. et pᷓma ſecūde. q. 77. arti.
8°. et Bona. in 2°. diſ. 42. in q̄ſtiōibus
circa lrām. s. ratiōe. auctoritate ⁊ ſilitudine.
p̊ rōne ſic. Nam iſta diuiſio
aſſigr̄tur ſm grad⁹ ad cōplemētū pctī.
grad⁹ aūt iſti attēdūtᷣ ſm ꝙ 2⁹ actus
includit pᷓmū. ⁊ terti⁹ ſecūdū ⁊ addit
ſup eū. v̊bi grā. Primus gradus ſup
quē addūtᷣ alij ē actus interior volūtatꝫ
s. pctm̄ cogitatiōis. 2⁹ gradus huic
addit⁹ ⁊ hūc exp̄mens ē act⁹ locutionis.
Cui⁹ rō ē. qa lingua intᷣ oīa mēbra
eſt magis ꝓpinq̄ interiori actui. s. pctō
cogitatiōis. qa locutio ē ſignū interioꝝ

act⁹. s. cordis. iuxᷓ illud p̊ periarmeniaꝝ.
Voces ſūt eaꝝ q̄ ſūt ī aīa paſſionū note.
3⁹ grad⁹ huic addit⁹ ē pctm̄ opis
tāq̄ ↄplemētū oīuꝫ pctōꝝ. Et iō dicit
Bona. ꝙ iſta tria hn̄tur ſm triplicem
potentiam. s. affectiuā interpretatiuā ⁊
executiuā. Cogitatio.n. ꝓ affectiōe ibi
accipitᷣ. 2° idē ꝓbatᷣ auctoritate Iero.
ſup Ezech. di. Tria gnā pctōꝝ ſūt q̄bꝫ
humanū ſubiacet gen⁹. Aut.n. cogitatione.
aut ſermōe. aut ope peccamus.
3° h̄ idē ꝓbatᷣ triplici ſilitudine. s. artificiali
nāli ⁊ morali. Artificiali dico
qa ſicut ī edificio māli eſt triplex gradus.
s. collocatio fūdamēti tāq̄ pncipiū.
erectio parietis tāq̄ mediū. ⁊ conſūmatio
dom⁹ tāq̄ ↄplemētum oīuꝫ.
Sic tres ſūt grad⁹ ī pctō. ut pꝫ. igitᷣ ⁊c.
Natᷓli dico. qa in gnātiōe aīalis ſūt
tria. s. cordis gnātio uel ↄceptio. mēbroꝝ
ꝓductio. ⁊ toti⁹ ↄpletio ⁊ formatio.
Morali vtiq̄ exemplo dico. quia
iracūdus ex h̄ ꝙ appetit vindictā. p̊ q̄dem
pturbatᷣ ī corde. 2° ī v̊ba ↄtumelioſa
ꝓrūpit. 3° v̊o ꝓcedit vſq̄ ad facta
iniurioſa. Et idē pꝫ ī luxuria ⁊ in q̄libet
alio pctō. 2° ex pte reſpectus uel obiecti
ī qð peccatᷣ: pctm̄ diuiditᷣ ī pctm̄
ↄ deū ↄ ꝓximū ⁊ ↄ ſeipſū. q̄ diſtīctio
ſilitᷣ ꝓbatur ſm Alex. ⁊ Bona. vbi ſ. ⁊
Tho. ī 2°. diſ. 42. pte ſcða. arti. 2°. et pᷓma
ſcðe. q. 72. arti. 4°. s. rōe. auctoritate
⁊ ↄrietate. p̊ rōne ſic. Sicut.n. oīs
v̊tus ē iuſticia q̄dāmō. ut dīc phus 5°.
ethicoꝝ. ita oē pctm̄ ē iniuſticia. Iniuſticia
aūt ex h̄ eſt ꝙ detrahitᷣ alicui qð
ſibi debetᷣ. Vn̄ iniuſticia hꝫ q̄ꝫ duo obiecta.
s. illud qð detrahitur. ⁊ illud cui
detrahitur. ſicut hō cui p iniuſticiā aufertur
res ſua. Homo.n. aliquid debet
deo. aliquid ſibi. aliquid proximo. p̊
enī hō debet deo amorē reuerentiam

⁊ huiuſmodi. Vñ qñ ab his deficit di-
citur peccare ĩ deum. Q si dicatur. In
illum peccare peccãs dicitur quem ex
ſuo pctõ ledit. ſed deum peccãdo ledẽ
nõ poſſum⁹. Vñ Job. 35°. Si peccaueris
qd ei nocebis? Et ſi multiplicate fue-
rint iniqtates tue quid facies cõtra il-
lum? quaſi. di. nihil. Ratiõnẽ aſſignat
Aug⁹ in lib° de libero arbitrio. ſic di.
Malum cum nocumentum ſit. nocere
tñ nõ poteſt niſi bono qđ corruptibile
ẽ. ſũmũ aũt bonũ ĩcorruptibile ẽ. igit᷑
ꝛc. Re° ⁊ dico ꝙ nõ dicitur hõ pecca-
re ĩ deum qa deum ĩ aliquo ledat ſ; qa
deo ſubtrahit quod ei debetur. ⁊ q̃tuʒ
ĩ ipſo eſt eius gloriam minuit q̃uis fa
cere nõ poſſit. Vñ notãdum eſt ſcđm
Tho. in pma ſcđe. q. 73. arti. p°. in ſolu-
tiõe ſecũdi argumẽti. ꝙ tripliciter of-
fenditur deus p pctm̃. p° cum peccat᷑
coram dño. ſicut cũ quis ſcit deum ſui
pctĩ habere noticiã. ⁊ tñ nõ erubeſcit
peccare. Vñ Joſue. 7°. ca°. Peccaui co-
ram dño cui oĩa ſũt manifeſta. ⁊ ideo
qlibet deberet verecũdari. 2° cũ pec-
catur ĩ dño. ſicut cum qs diuinã regulã
ĩ toto uel ĩ parte nõ ſeruat. ⁊ h ẽ mul-
tum damnoſũ. quia ut dicitur Jac. 2°.
Qui ĩ vno offendit fact⁹ ẽ oĩuʒ reus.
3° cũ peccatur cõtra dñm. ſicut cũ qs
fidem negat uel deum blaſſemat. Nu-
meri. 21°. Peccauimus cõtra dñm. 2°
dico ꝙ hõ debet aliqd ſibi. s. regulare
paſſiões. ⁊ recta ratione vti. Et iõ ille
q paſſionem ſuam ꝓpria ratiõe nõ re-
gulat ſed cõtra eam facit. peccare dici-
tur ĩ ſeipſũ. ſicut luxurioſus. guloſus
⁊ prodigus. 3° dico ꝙ hõ debet aliqd
ꝓximo. Et ideo ille q offendit huma-
nam ſocietatem cui naturalit᷑ alligat᷑
⁊ occupatur. dicitur peccare ĩ ꝓximũ.
ſicut patet in fure ⁊ homicida. 2° p-

dicta diſtinctio probatur auctoritate
mgri ĩ 2°. diſ. 42. ſic. di. Hõ quoq; pec
care dicitur ĩ deũ in ꝓximũ ⁊ ĩ ſeipſũ.
In deo peccat cum de deo male ſentit.
ut heretic⁹. uel que dei ſũt male vſur-
pare p̄ſumit indigne participãdo ſa-
cramentis. uel qñ nomẽ dei peierãdo
contemptibile facit. In ꝓximũ peccat
cum ipſũ ĩiuſte ledit. In ſe vo peccat
cum ſibi ſoli ⁊ nõ alij nocet. H ille. que
accepta ſunt ab Iſidoro ĩ lib° de ſũmo
bono. 3° idem ꝓbatur contrarietate.
Sicut. n. ſe habet ꝓpoſitum ĩ ꝓpoſito.
ita ſe habet oppoſitum in oppoſito. ſed
p vtutes quib⁹ opponũtur peccata hõ
ordinatur ĩ deum in ſeipſũ ⁊ ĩ ꝓximũ
Quod ſic probo. Nam manifeſtũ ẽ ꝙ
p vtutes theologicas hõ ordinatur in
deum. Temperantia vo ⁊ fortitudine
ad ſeipſũ. Iuſticia ad ꝓximũ. p° igit᷑
p oppoſitũ ille qui peccat ĩ his que ex-
cedũt humanam rationẽ. ſicut ĩ his q̃
ſũt fidei dr̃ peccare in deũ. ſicut hẽtic⁹
ſacrilegus ⁊ blaſſemus. 2° q peccat ĩ
his qbus hõ dirigitur ⁊ ordinatur ad
ſeipſũ tm̃ dicit᷑ peccare in ſeipſũ. ſicut
patet de luxurioſo ⁊ h⁹modi. 3° ille
q peccat ĩ his ĩ qbꝫ ordinat᷑ ad aliũ di-
cit᷑ peccare ĩ ꝓximũ. ſicut patet ĩ fure
ꝛc. Vbi nota ꝙ iſta diuiſio pctõrũ ſu-
mit᷑ ſm id in qđ peccat᷑ directe ⁊ pnci
palit᷑ ⁊ nõ ꝯſequẽter. ut verbi grã qñ
aliqs peccat ĩ ꝓximũ. pncipaliter pec-
cat ĩ eũ. ſ; ex ꝯſequẽti peccat ĩ ſeipſũ ⁊
ĩ deũ. Et ſilr̃ qñ qs peccat ĩ ſe. pnci-
palit᷑ peccat ĩ ſeipſũ. ſ; ex ꝯſequẽti pec-
cat ĩ deũ ⁊ ĩ ꝓximũ. Silr̃ qñ qs pec-
cat ĩ deũ. pncipalit᷑ ⁊ directe peccat in
eũ. ſ; ex cõſequẽti peccat etiã in ſeipſũ
⁊ ĩ ꝓximũ. Et ſic patet diuiſio peccati
ex parte gradus ⁊ reſpect⁹. pateťq; ps
pma hui⁹ ſermonis.

¶ Pars ſecūda hui⁹ ſermonis· in q̄ tractat̄ de diſtinctiōe pcti actualis mortal̄ ex pte affectus ⁊ ex pte volūtatis.

SEcūdo igitur ī iſto ſermone tractādū ē d diſtinctiōe pcti ex pte affect⁹ ⁊ ex pte voluntatis. ꝑ igit̄ ī iſta pte dico ꝙ diſtinguit̄ pctm̄ ex pte affectus ſcd̄m Alex. ubi ſ. ⁊ Tho. pma ſcd̄e. q. 72. arti. 2. ī pctm̄ ſpūale ⁊ carnale. Cui⁹ rō ē. qa pctm̄ ꝯſiſtit ī appetitu alicui⁹ cōmutabilis boni qd inordinate appetit̄ ⁊ ī q̄ aliqs īordinate delectat̄. Vn̄ ſicut duplex ē delectatio vna aīalis ſiue ſpūal̄ alio vo carnalis ſiue corpalis: ita duplex ē pctm̄. ſ. ſpūale q̄ qs ſpūalit̄ delectat̄. ⁊ carnale uel tpale qd in delectatiōe carnali ſiue tpali pficit̄· ita ꝙ pctā ſpūalia ſūt ſupbia· īuidia· ira· accidia· auaritia· eo ꝙ talia ſumūt̄ ī appetitu delectatiōis ſpūal̄ ul̄ aīalis. Duo vo pctā ſūt carnalia. ſ. gula q̄ pficit̄ in delectatiōe ciboꝝ. ⁊ luxuria q̄ pficit̄ ī delectatiōe venereoꝝ. Vbi ē ſciendū ſcd̄m Tho. pma ſcd̄e. q. 73. arti. 5. ꝙ lꝫ qd̄libet pctm̄ ſpūale nō ſit maior̄ culpe q̄libet pctō carnali: tn̄ pctā ſpūalia ſūt maioris culpe pctīs carnalibꝫ. ⁊ h̄ triplici rōne. ꝑ rōne ꝯplemēti eo ꝙ pctā ſpūalia ptinēt ad ſubm̄ cuius ē ad deū ꝯuerti. ſ. ad ſpm̄. 2ᵒ rōne nocumēti. ex pctō. n. carnali offenditur ꝓpriū corp⁹. ex pctō vo ſpūali de⁹. ꝓximⁱ⁹. ⁊ ꝓpri⁹ ſpūs. q̄ ſūt mag̾ diligenda q̄ȝ corp⁹. 3ᵒ rōne motiui. Quāto. n ad peccandū ē mag̾ motiuū tanto hō min⁹ peccat. pctā āt carnalia h̄nt vehementi⁹ īpulſiuū q̄ȝ ſpūalia. ſ. ipſam ꝯcupiām carnis. ꝓpt̄ qd pctā ſpūalia ſūt maioris culpe. ſ carnalia ſūt maioris īfamie· ut dic̄ Greg⁹. Et ſic pꝫ prima diſtinctio pcti ī hac pte. 2ᵒ peccatū diſtinguit̄ ex pte nōis. ⁊ hoc mā ſm Alex. ⁊ Bona. ubi ſ. ⁊ Tho. ī 2. diſ. 42. arti. 2. ptīs ſecūde. q. 3. pctm̄ diuiditur ī delictū ⁊ cōmiſſū. Vn̄ Aug⁹ ī q̄ōnibꝫ Leuitici exponit ita di. Peccatū qd dicit̄ cōmiſſū ē ꝑpetratio mali. pctm̄ qd dicit̄ delictū ē deſertio boni. qd etiā ipſū nomē oñdit. qd. n. aliud ſonat delictū niſi derelictū. ⁊ h̄ habet̄ a mḡro li⁰ 2. diſ. 42. Vbi nota ꝙ hec diſtinctio pctōꝝ attēditur ſcd̄m p̄cepta leg̾ q̄ bꝫ regulāt̄ act⁹ nr̄i q iſto mō dupliciť regulant̄. Vn̄ nō mō ſcd̄m diſtinctionē p̄ceptoꝝ in ſe. ⁊ ſic delictū reſpicit p̄cepta affirmatiua. ⁊ ꝯmiſſū p̄cepta negatiua. Vn̄ Aug⁹ in li⁰ de pfectiōe iuſticie ſic ait. Duobꝫ modis fit oē pctm̄. aut ſi illa fiāt q̄ ꝓhibent̄. aut ſi illa nō fiant q̄ iubent̄. 2ᵒ modo ꝯſiat̄ qs p̄ceptis legis ſm defectionē p̄ceptoꝝ. i. ſm ꝙ peccās duobꝫ modis deficit a p̄ceptis. uel ſm rationē p igñantiā. ⁊ ſic ē delictū. uel ſm volūtatē p ꝯtēptū. ⁊ ſic ē ꝯmiſſū. Vn̄ Aug⁹ ubi ſ in q̄ōnibꝫ Leuitici· ſeq̄t̄. Vel delictū eſt qd ignorant̄ fit. cōmiſſū vo pctm̄ qd ſcient̄ cōmittit̄. Ad q̄ꝝ maiorē euidentiā circa pctm̄ ꝯmiſſiōis ⁊ omiſſionis tria ſūt notāda. ꝑ notandū eſt ꝙ p̄us eſt omiſſio boni q̄ȝ cōmiſſio mali. Cui⁹ rō ē. qa ſm phm̄ in 2ᵒ ethicoꝝ. ī operibꝫ v̄tutū ſūt tria. ſ. ſcire· velle. ⁊ opari. vn̄ p̄us ē ſcire. ⁊ poſtea velle. ⁊ demū opari. ḡ hūc ordinē h̄nt pctā q̄ ſūt ꝯ̄ iſtos act⁹. vbi gr̄a. Igrātia eſt ꝯ̄ pmū actū qñ. ſ. aliqs tenet̄ aliqd ſcire ⁊ neſcit illud. omiſſio ē ꝯ̄ ſecūdū actū qñ. ſ. tenet̄ aliqs aliqd velle ⁊ nō vult illud. cōmiſſio ē ꝯ̄ t̄tiū actū. ſ. operari qñ. ſ. aliqs aliqd facit qd tenet̄ nō facere. ḡ igrantia ē ꝯ̄ ſcire· omiſſio cōtra

velle facē. omiſſio vo ꝯ ipſū facē. Et
iō ē pꝰ omiſſio boni ꝙ omiſſio mali.
h ſm Alex. ubi ſ. 2° notandū eſt ꝙ
omiſſio mali ē grauius pctm̄ ꝙ omiſ-
ſio boni. qᵭ ꝓbatᷣ ſcd̄m Alex. ubi ſ. ⁊
Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. 79. arti. 4°. triplici ra
tione. p° rōne facilitatis ſic. Quanto
bonū aliqᵭ ē facili⁹ ad faciendū ſi nō
fit. tanto ē pctm̄ grui⁹. ſ facili⁹ ē abſti-
nere a malo faciēdo ꝙ facē bonū. g̊ ꝛc.
2° ꝓbatᷣ rōne ꝯrietatis maioris ſic.
Tāto pctm̄ ē graui⁹ quāto maiori bo-
no opponitᷣ. ſ cōmiſſio mali opponitur
maiori bono ꝙ omiſſio boni. g̊ ꝛc. mi
nor ꝓbatᷣ ſic. Pl⁹ diſtat ꝯriū a ſuo cō-
trario ꝙ ſimplex negatio. ut dr̄ x° me-
taph. vbi grā. Sicut nigrū plus diſtat
ab albo ꝙ ſimplex non albū. qa oē ni-
grū ē nō albū. ſ non ꝯ°. cū igitᷣ tranſ-
greſſio. i. cōmiſſio mali īportat ꝯrieta-
tē ad actū vtutis. omiſſio aūt boni im
portat negationē actus vtutis. ſequitᷣ
ꝙ omiſſio mali ē grui⁹ pctm̄. Vn̄ nota
ꝙ ei qᵭ ē facē bonū opponūtur duo. s
nō facere bonū qᵭ ē omittere. ⁊ facere
malū qᵭ ē tranſgredi. ſ pmū opponitᷣ
ꝯtradictorie. ſecūdū vo ꝯtrarie quod
īportat maiorē diſtantiā. Confirmatᷣ
iſta rō ſic. Plus peccat q infert contu-
meliā prī ꝙ ſi qs nō exhibeat reuerē-
tiā. ſ exhibē pentibꝫ ꝯtumeliā ē trāſ-
gredi. nō exhibere reuerentiā ē omit
tere. g̊ ꝛc. 3° ꝓbatᷣ rōne penalitatꝭ ſic.
Pena ꝓportionatᷣ culpe. g̊ maiori cul-
pe debetᷣ maior pena. ſ maior pena de-
betur pctō cōmiſſionis ꝓpter actualē
ꝯuerſionē inordinatā ad cōmutabile
bonū ꝙ pctō omiſſiōis. g̊ ꝛc. Et ideo
ad ꝯfirmatiōꝫ p̄dictoꝝ Alex. ponit ta
le exemplū. di. Arbor que malū fruc-
tū facit pl⁹ nocet ꝙ ea q̄ nullū. ſ omiſ-
ſio ē ſicut arbor que nō facit fructum.
omiſſio aūt ſicut ea q̄ facit fructū ma-
lū. g̊ ꝛc. 3° notandū ē ſm Alex. ubi
ſ. ⁊ Tho. ī 2°. diſ. 42. ⁊ in q̄ōnibꝫ diſ-
putatis de malo. q. i. arti. 7°. ꝙ omiſſio
alicui⁹ boni tūc ad culpā alicui impu-
tatᷣ qn̄ illo tpe hō non facit qᵭ debet.
Cui⁹ rō ē. qa omiſſio opponitᷣ p̄cepto
affirmatiuo qᵭ ſp obligat ſ non ad ſp
i. ꝓ loco ⁊ tpe. tādiu g̊ durat actu pec-
catū omiſſionis ꝙdiu durat tēpus ad
qᵭ obligatur ꝑ p̄ceptū affirmatiuū. q̊
tpe trāſeūte trāſit actu ⁊ remanet rea
tu. ⁊ iterum redeūte tali tpe iteratur
omiſſio. Sicut. n. ſe hꝫ actus vtutis ad
p̄miū. ita ſe hꝫ actus pctī ad penā. ſed
tranſeūte actu vtutis adhuc remanet
meritū p̄mij. g̊ ſilr̄ trāſeūte actu pctī
adh̄ remanet reat⁹ pene. h ē dicere ꝙ
pctm̄ trāſit ꝑ eēntiā. ⁊ ꝑ effectū pma-
net ī obligatiōe ad penā. Et ſic patet
ꝑs ſecūda hui⁹ ſermonis.

¶ Pars tertia hui⁹ ſermōis. in q̄ tractatᷣ
de diſtinctiōe pctī actualis mortalꝭ ex
ꝑte īpulſus ⁊ originis.

TErtio ī iſto ſermone tractan-
dū eſt de diſtinctione pctī ex
ꝑte īpulſus ⁊ ex ꝑte originis.
p° in hac ꝑte diſtinguitᷣ pctm̄ ex ꝑte
īpulſus. ⁊ ſic ſm Tho. pma ſcd̄e. q. 72
arti. 3°. ⁊ Alex. ubi ſ. oē pctm̄ ē ex in-
firmitate. uel īpotētia. uel ignorātia.
uel ex malitia. uel ex cōcupia. Et ſm
Augꝰ. ſup illud p̄s. Incenſa igni ⁊ ſuf-
foſſa. oē pctm̄ ē ex timore male humi
liante uel amore male inflāmāte. Vbi
nota ꝙ alitᷣ ſe hꝫ actus in rebꝫ nālibus
aliter ī rebꝫ volūtarijs. Nā in rebꝫ na
turalibꝫ diuerſi actus ſm ſpēm diſtin
guūtᷣ ſm diuerſa principia actiua. grā
exēpli. Sicut calefacere ⁊ infrigidare

diſtinguūt̃ ſpẽ ſm calidū ⁊ frigidū. ſ
ĩ actib⁹ volūtarijs diuerſe ſpẽs pecca-
torū ex vno pncipio actiuo uel moti-
uo pn̄t pcedere. ſicut ex timore male
humiliāte pōt pcedẽ q̄ hō furet̃ ⁊ oc-
cidat. ⁊ q̄ deſerat gregẽ ſibi cōmiſſū. ⁊
hec eadem pn̄t pcedẽ ex amore male
inflāmante. Vn̄ pꝫ q̄ pctā non diſtin-
guūt̃ ſpẽ ſm diuerſas cās motiuas uł
actiuas ſ ſm diuerſitatẽ cauſe finalis

2° in hac pte diſtinguit̃ pctm̄ ex pte
originis. Et ſic ſm Gregꝰ. 31° li° moral.
ſeptem ſūt capitalia vitia ex qbuſ oīa
alia oriūt̃. ſ. ſupbia. ĩuidia ⁊ reliq̃. de
qb⁹ qa in ſequẽtib⁹ pticularit̃ tracta-
bit̃: hic tm̄ q̄re capitalia dicant̃ ãno-
tabimꝰ. Nã ſm Tho. in 2°. diſ. 42. pte
2. arti. 3°. ⁊ in q̄onib⁹ diſputatis ꝺ ma-
lo. iſta dicūt̃ vitia capitalia p ſilitudi-
nẽ a capite. Caput aūt ſumit̃ triplicit̃.

p°. n. dicit̃ aĩalis mẽbꝝ. ⁊ ſic ſumitur
i. ad Cor. xi°. Oīs vir orans velato ca-
pite deturpat caput ſuū. 2° dicitur oẽ
pncipiū. ſm illud Tren. 4°. Diſpſi ſūt
lapides ſcũarij ĩ capite oĩuꝫ platearū.
3° ſigt̃ pncipatū ſiue ducatū. iuxta il-
lud. i. Regꝰ. 15°. vbi dictū ẽ Sauli. Ca-
put ĩ tribub⁹ iſrł factus es. ⁊ iuxta il-
lud Amos. 6°. Capita pplorū pōpatice
igrediẽtes ꝛc. Et ſm has tres pꝓpeta-
tes vitiū capitale pōt dici a capite. p°
qa pena capitis plectit̃ ſm Augꝰ. ut ſa
crilegiū. homicidiū. furtū ⁊ huiꝰ mōi.
⁊ hꝰ mō idẽ ẽ vitiū capitale qꝺ morta
le. ſic aūt nō loqmur hic de vitijs capi
talib⁹. 2° mō dicit̃ vitiū capitale qꝺ ẽ
pncipiū alioꝝ capitaliū pctōꝝ. ⁊ hoc
mō btūs Gregꝰ vitia capitalia pncipa
lia noĩat pꝓut ex eis alia vitia oriūtur.

3° dicit̃ capitale ad qꝺ alia vitia ordi
nant̃. Nã pnceps ẽ caput exercitꝰ ad
cuiꝰ bonū totꝰ exercitꝰ ordinat̃ ut pꝫ
xi° metaph. Et iō dicit Gregꝰ ubi ſ. q̄
vitia capitalia ſūt q̄ſi duces. ⁊ vitia q̄
ex eis oriūt̃ ſūt q̄i exercitꝰ. Pꝫ hūc igit̃
modū illud vitiū ad cuiꝰ finẽ alia or-
dinãt̃ dicit̃ capitale. Sꝫ qa iſta clariꝰ ĩ
ſequẽtib⁹ patebūt: hꝰ dicta de pctō in
gnāli ſufficiãt. Rogemꝰ igit̃ oĩpoten
tem ut cognita peccati malignitate fa
ciat illud abhorrere ⁊ deteſtari ut ſic
etnã dãnationẽ euadamꝰ. ⁊ etnã feli-
citatẽ acqramꝰ grã dñi nr̄i Ihu xpi q̄
cū patre ⁊ ſpū ſcō ſuo viuit ⁊ regnat
glorioſus ĩ ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria q̄rta Cineꝝ. qd eſt ſupbia. ⁊ qn̄
ẽ mortale pctm̄. ⁊ quomodo ẽ princi-
piū alioꝝ pctōꝝ. Sermo 36ꝰ

OMne quod
eſt ĩ mūdo. aut eſt ↄcupiſ̃a
oculoꝝ. aut ↄcupiſ̃a carnis
aut ſupbia vite. Scribunt̃
hec vba. i. Joh. 2° ca°. Poſtq̄ frẽs deſi-
deratiſſimi ſm modicitatẽ intellectus
nr̄i in ſupiorib⁹ ſufficient̃ tractatū eſt
de pctō in gnāli: congruū ẽ ut ad pti-
cularẽ cōſiderationẽ cuiꝰlibet peccati
mortalis deſcendamꝰ. ⁊ maxīe iux̃ pꝓ-
miſſa nr̄a ĩ pncipio huiꝰ opis. Ad de-
clarationẽ illoꝝ triū pncipaliū in hac
ſacra q̄dragesima. de qb⁹ Johes ĩ ver-
bis pꝓpoſitis facit mentionẽ di. Oẽ qꝺ
ẽ in mūdo ꝛc. incipiẽdo ab vltimo. ſ
ſupbia vite q̄ cū ſit pctm̄ ſpūale minꝰ
ab hoīb⁹ cogſcit̃. cū tn̄ ſit regina oĩuꝫ
vitioꝝ ſicut ipſe diabolꝰ a q̄ ortū hūit
rex eſt ſup oẽs filios ſupbie. ut dicit̃
Job. plt. De q̄ loqt̃ Augꝰ li° 4°. de tri-
ni. ca° 15°. di. Nullū vitiū ẽ cū q̄ magꝭ
dīna lege reſiſtat̃. ⁊ in q̄ magis accipi-
at dominãdi ius ille ſupbiſſimꝰ ſpūs

m 2

ad ima mediator ⁊ ad ſupna interclu-
ſoꝝ. h̄ ille. Hinc ē ꝙ ſicut de ipſa magis
diabolꝰ ꝯdēnat᷑: ita xp̄s de eiꝰ ꝯ̄rio. ſ.
hūilitate maxīe ꝯmendat᷑. Vn̄ Augꝰ
14° ď ciui. dei. ca° 13° ſic ait. Ciuitati dei
in h̄ ſeculo pegrināti maxime cōmen
dat᷑ hūilitas. ⁊ in rege eiꝰ q̄ ē xp̄s ma-
xime p̄dicat᷑. Cōtrariū huic v̄tuti ela
tiōis vitiū ī eiꝰ aduerſario q̄ diabolꝰ ē
maxīe dn̄ari ſacris lr̄is edocet᷑. Profe-
cto iſta ē magna dr̄ia q̄ ciuitas vnde
loqmur vtraq; diſcernit᷑. vna. ſ. ſocie-
tas pioꝝ hoīuꝫ. alia ī pioꝝ. ī qb' p̄ceſ-
ſi illud p̃mittat non peccat mortalit̃.
Eſt tñ pctm̃ veĩale. qa h nõ pueit ni-
ſi ex negligẽtia q̃dã aut q̃dã ĩdiſpoſi-
tiõe hoĩs ad v̓tutẽ. Põt tñ ↄtigẽ q tał
ingr̃titudo ſit etiã mortale pctm̃ ppt̃
intiorẽ ↄtẽptũ. uł ppt̃ cõditiõ ei⁹ qd
ſubtrahit̃ bñfactori a bñficiato qd ex
nccitate tenet̃ ſiue ſimplr̃ ſiue in aliq
caſu nccitad. ſicut ſi qs prẽm ſuũ q p⁹
deũ eſt maxim⁹ bñfactor filij cũ ab eo
recepat eſſe ↄtẽneret. aut etiã nõ ſub-
ueniret ei ĩ magnis nccitatib⁹ ſuis cũ
poſſet. uel nõ laudaret eũ cũ laudãd⁹
eſt. p̃cipue cũ ex tali dimiſſiõe lauda-
tionis ſeqt̃ vituperiũ uel infamia ipſi⁹
pr̃is. Et idẽ vr̃ de alijs q magna bñfi-
cia cõtuliſſent. 2° mõ dr̃ qs ingr̃t⁹ qa
nõ ſolũ p̃termittit iplẽ gr̃titudinis de
bitũ ſ etiã ↄtriũ agit. Et h etiã ſm cõ-
ditionẽ ei⁹ qd agit̃. qñq ẽ pctm̃ mor
tale qñ veniale. puta ſi qs deũ ſũmũ
oĩu bñfactorem q̃i odiat ſeu p nihilo
hẽat uł cõtẽnat q eũ fecerit ĩ hũc mũ-
dũ venire ⁊ eſſe. qd ſolet accidẽ cũ qs
eſt tribulatiõib⁹ ãguſtijs ⁊ tẽptatio-
nib⁹ p̃ſſus. uł nõ hr̃e bõa q ĩ alijs cer-
nit vilificãs dei bñficia cõceſſa. vtiq ẽ
h mortale qñ ſm ratiõ deliberatiõis
euenit. ſecus ſi ſm motũ ſenſualitad.
Multo mai⁹ etiã ſi ipa bñficia collata
vituparet. uel blaſphemaret eum q ĩ
hũc mundũ fecit eũ venire. ⁊ q nihil
hũit ab eo niſi mala ⁊ h⁹mõi. Adhuc
etiã gui⁹ ſi aliqd facẽt in ĩiuriã dei ut
pſequẽdo filios dei ⁊ h⁹mõi. Et ſilr̃
q pentes exprobraret ⁊ ↄtumelijs affi-
ceret aut verberaret. aut alias pſonas
multũ bñfactrices. tał ingr̃titudo eẽt
mortale. ał veniale. Et ſic pʒ qñ ẽ mor
tale. Secũdũ nõndũ ẽ q qñ ingr̃titu-
do ẽ mortale difficiliter põt reqri ſiue
repiri niſi cum materijs alioꝝ pctõꝝ.
Nam ſi qs nõ recogſcat uł ↄtẽnat dei
bñficia in ſe erit ibi coĩt̃ ĩuidia uł acci-
dia. Si ĩiuriat̃ pentib⁹ uel alijs bñfac-
torib⁹ v̓bo. erit ibi cõtumelia uł blaſ-
phemia uel aliqd aliud. Si facto. erit
ibi furtũ uel ĩpietas uel leſio corpał ⁊
h⁹mõi. Cũ at̃ ſolũ qs h faciat ut ipſũ
bñficiũ nõbile vitupet ⁊ vilificet uel
cõtẽnat. forte ſolũ ibi ingr̃titudo erit.
Et ut dic btũs Tho. Nihil phibʒ for-
malẽ ratiõ alicui⁹ ſpãlis pcti repiri ĩ
pł'ib⁹ gnib⁹ pctõꝝ mãliter. Et ſm h ĩ
muld gnib⁹ pctõꝝ ĩuenit̃ ratio ingr̃ti-
tudinis ut pʒ ex ſupradictis. Tertiũ
notandũ ẽ q ſolũ ingr̃titudo q̃ ẽ pctm̃
mortale excludit caritad actũ ⁊ habi-
tũ. Cũ aũt ẽ veniale pctm̃ nõ ẽ ↄ cari-
tatẽ ſ p̃ter. qa nõ tollit habitũ caritad

ꝯ excludit aliquē actū ei⁹ ut feruorē. Et q̄zuis ī q̊lib; vēiali pctō ſit ibi aliq̄d ingr̄titudīs.s.inq̄ztū pctm̄ veniale tollit aliquē actū v̊tuꝰ ꝑ quē hō obſequit̄ deo.nō ē tm̄ ibi pfecta ratio ingr̄titudinis.Et ſic p; ps ſecūda h⁹ ſmōis.

¶ Pars t̄tia hui⁹ ſermonis.ī q̄ declarāt̄ bn̄ficia de qbꝫ ingr̄ti eē nō debem⁹.

TErtio ī iſto ſmōe ꝯſiderāda ſūt dei bn̄ficia ꝓ qbꝫ grati eē debem⁹ ut bn̄ficia potiora ſumam⁹.De qbꝫ bn̄ficijs dīnis ſeptē cōſideratiōes ī iſta pte faciem⁹. Prima erit de bn̄ficio īcarnatiōis.Secūda de bn̄ficio ſanatiōis.Tertia de beneficio purgatiōis.Quarta de bn̄ficio liberatiōis.Quīta ꝺ bn̄ficio creatōis. Sexta de bn̄ficio multiplicatiōis. Septīa de bn̄ficio coronatiōis. Q̄ztū ad p̄mā cōſideratiōz.Grati eē debem⁹ deo ꝺ tāto bn̄ficio.qa ſic dilexit nos ut filiū ſuū vnigenitū daret Joh̄.3°. Qui veniens lauit nos a pctīs nr̄is in ſanguine ſuo ut dr̄ Apoc.p̊.Vn̄ ſepties effudit ſanguinē ſuū.s.ī circūciſiōe·ī horto ī oratiōe·in flagellatiōe·in coronatiōe ſpinaꝝ·ī fixura manuū ⁊ pedū cū clauis in aptiōe lateꝝ ut nob̄ ꝓpitiaret̄ ꝯ̄ ſeptē capitalia vitia.Et ſanguis ſanguine auferret̄.i.ſanguis pctī ſanguīe xp̄i Cū.n.īimici eſſem⁹ ꝓpt̄ īiq̄tates nr̄as recōciliati ſum⁹·ait ap̄lus Ro.5°. per mortē filij ei⁹ ipſo ꝓ nob̄ ſatiſfaciente ⁊ ſic īimicitiā remouēte iniq̄tatū noſtraꝝ.Ecce magnū ⁊ īdicibile bn̄ficiū qꝺ accepim⁹ mīa dei intcedente.Sed quātū ſit ingr̄t⁹ ipſe pctōr circa tantū bn̄ficiū oñdit Aug⁹ ī pſona ei⁹ ſic loquēs.Tu cum eſſes īimic⁹ prī meo.s. ꝓpt̄ īiq̄tates tuas recōciliaui te ꝑ me. ⁊ cū lōge eſſes veni ut redimerē te.⁊ cū int̄ ſiluas errares.s.vitioꝝ ⁊ igr̄antiaꝝ q̄ſiui te.int̄ lapides ⁊ ligna īueni te.s.idola adorātē.Et ne lupoꝝ ferarūq; rabido ore laniateris collegi te.s reuocādo a mal' v̊bo ⁊ exēplo.humeꝛ meis portaui.s.ī cruce penam pctōꝝ tuoꝝ ſuſtinendo·laboraui·ſudaui·caput meū ſpinis appoſui·lat⁹ meū lācea pforari pmiſi·tot īiurijs ⁊ calamitatibus laceſſit⁹ ſū.⁊ tu diuideꝛ a me·q̄ſi di. Oīa h̄ feci ut ꝓpitiat⁹ ⁊ recōciliat⁹ me diligēs·mihi obſequ; p̄ſtares.⁊ tu es ita ingr̄tus ut me offendas·a me recedas.Bn̄dic aīa mea d̊ dn̄o recte viuēdo. Q̄ztū ad ſecūdā ꝯſideratiōz.s. bn̄ficij ſanatiōis·dr̄ ī p̊s.Miſit v̊bum ſuū ⁊ ſanauit eos. In eo miſit ut ipſū īcarnari fecit.Et ſicut ipſe xp̄us ꝯſtat ex v̊bo ⁊ carne q̄ ē res ſenſibilis.ita ut medic⁹ veniēs ad ſanādū medicinas ſuas īſtituit.i.ſacr̄a·ꝯſtātes ex v̊bis q̄ ſūt forme ſacroꝝ.⁊ elemēꝛ ſeu elemētatibꝫ rebꝫ q̄ ſūt mā̄ eoꝝ. Nā ut dicit Aug⁹.Accedit v̊bū ad elementū ⁊ fit ſacr̄m.i.q.i.de trahe. Sīc aūt ſeptē ſūt infirmitates aīe nr̄e·ſic ſeptē inſtituit medicinas ſacramētales ꝯ̄ eas ut nullā dimittāt inſanatā. Qui ſanat inq̄t p̄s.oēs īfirmitates. Prima īfirmitas eſt pctm̄ originale quā ſanat de⁹ medicina baptiſmi debite ſūpti. Secūda ē pctm̄ mortale actuale qꝺ gr̄a priuat aīam.⁊ hāc ſanat medicamēto penitentie. Tertia ē pctm̄ veniale cū q̊ in paradiſū īrrari nō pōt.⁊ hāc ſanat extrema vnctiōe·q̄zuis etiam ⁊ ī alijs ſacrameꝛ ⁊ alijs modis.ꝺ qbꝫ habet̄ ī tractatu ꝺ ꝯfeſſiōe. Quarta ē igrantia agēdoꝝ ꝓ ſalute.⁊ hāc ſanat ſacro ordinis q ad h̄ datur ut inſtruant miniſtri eccl'ie ſe ⁊ alios ꝺ moribꝫ ⁊ fide. Quinta eſt ꝯcupiā ꝑ quā eſt ꝓcliuis ad laſciuias ⁊ delectatiōes inordinatiōes tact⁹.⁊ hāc ſanat ſacr̄m mr̄imonij reſtringendo ipſam ne feratur ad

coꝛꝛuptelas illicitas. ſ; cōtētus ſit ſua vxoꝛe. ⁊ hꝫ qdē medicīa remediū ē debilibꝫ nimis. nā foꝛtioꝛibꝫ aliud extat remediū. Sexta infirmitas ē malitia q̄dā. s. inclinatio ad appetēdū mala. ꝯ̄ quam dat᷑ medicina eucharistie. Septima ē difficultas ad bn̄ oꝑandū. ꝯ̄ quā dat᷑ medicina cōfirmationis. Sanat ḡ dn̄s oēs īfirmitates q ut medicꝰ de celo miſſus ē. iuxͣ illud Yſa. 61°. Ad ānūciādū māſuetꝭ miſit me ut mederer ꝯtritꝭ coꝛde. Et cū iſtꝭ medicinis ſanat cū actu debito aſſumūt᷑. Sꝫ tāta ē ingͣtitudo hoīs ut uł cōtēnāt᷑ tāta beneficia. uel īdebite ſumant᷑. ⁊ iō pauci ſanāt᷑. Vn̄ Augꝰ ſuꝑ Johēm ait. Quātū ē in medico ſanare venit egrotū. ſ; ipſe ſe interimit q ꝑcepta medici ſeruare nō vult. Noli ḡ obliuiſci retributiōes eiꝰ. Q̄tū ad t̄tiā cōſiderationē s. de bn̄ficio purgatiōis. Breuit᷑ expediēdo largiſſimꝰ nr̄ deꝰ non ſolū ſacra ad ſanādū optima inſtituit. ſ; etiā remedia ad purgādū a penis pctōꝝ ī eccleſia dereliq̄t. maxīe bn̄ficiū īdulgētiarū ⁊ remiſſiōis. ita pene ſicut culpe v̄tute clauiū data fuit miniſtris ecclīe qn̄ dixit Joh. 20. Quecūqꝫ ligaueritis ſuꝑ t̄rā erūt ligata ⁊ in cel. ⁊ q̄cūqꝫ ſolueritis ſuꝑ t̄rā erūt ſoluta ⁊ ī cel. Vbi dicit doctoꝛ nr̄ illuminatꝰ Frāciſcꝰ de maronis. ꝙ ī ſcīs v̄bis iſtis ꝯceſſit auctoꝛitatē non ſolū abſoluēdi a culpa ſ; etiā a pena. qa q cōcedit maiꝰ concedē vr̄ ⁊ minꝰ. Sꝫ circa hꝫ bn̄ficiū etiā tāta ē ingͣtitudo hoīs ut uł ꝯtēnat illud uł minime ad ſuſcipiēdū illud ſe diſponat. qa actꝰ actiuoꝝ ſūt ī patiēte bene diſpoſito 2° de aīa. O ingͣtitudo iniq̄ obligat᷑ hō ꝓpt᷑ pctā ſua mille ānis ut ita loq̄r cruciari ī purgatoꝛio ⁊ ꝑ aliquā viſitatiōꝫ ecclīe uel aliq̄d paꝝ pōt ſe a tanta obligatiōe libare. ⁊ nō curat

uel nō facit illud ꝓpt᷑ qđ tale bn̄ficiū cōſeq̄tur. nā nō dat᷑ niſi vere penitentibꝫ ⁊ cōfeſſis ⁊c. Q̄tū ad quartā cōſideratiōꝫ. s. de bn̄ficio liberatiōis. dicit Augꝰ de ꝯſe. diſ. 2. c. firmiſſime. ꝙ oīs q cōcipit᷑ ex viro ⁊ mulierē naſcit᷑ cū pctō oꝛiginali ⁊ moꝛti obnoxiū. s. et̄ne dānatiōis. de q̄ canit ecclīa. Libera me dn̄e de moꝛte et̄na. ⁊ ꝑs. Moꝛs pctōꝝ peſſima. nā ī inferno erit moꝛs ſine moꝛte ſ̄m Greg. in moꝛal. i. pena moꝛtalis nūq̄ꝫ deficiēs. Maioꝛ pena ī mūdo eē̄ nō pōt q̄ꝫ moꝛs. Nā ſ̄m phm 3° ethicoꝝ. Vltimū t̄ribiliū eſt moꝛs. Hec tn̄ pena cito trāſit. ſ; pena īfernał nūq̄ꝫ. ſ; dn̄s redimit. i. liberat ꝑ grām ſuā ꝑcio ſanguinis ab hꝫ īteritu moꝛtꝭ infernalis. Ecce quātꝰ interitꝰ. Ibi. n. eſt ꝑuatio diuini vultꝰ. i. viſiōis dei. ignis cruciatꝰ. demonū inſultꝰ. cōſcīe remoꝛſus. ꝑuerſoꝝ tumultꝰ. tenebrarū locꝰ. ꝑpetuꝰ fletꝰ ſeu oīs refrigerij defectꝰ. Ab hꝫ īteritu īfernali redimit deꝰ hoīem. ⁊ totiēs q̄tiēs moꝛtale cōmittit. O ingͣtitudo īmenſa ⁊ cecitas miſeranda. ſi a moꝛte coꝛꝑali te aliq̄s ſemel liberaret. ꝑpētuo illū amares. illū laudares. eiqꝫ ſeruires. ⁊ libertātē a moꝛte peſſima nō recognoſcis? Noli ḡ obliuiſci oēs retributiones eiꝰ. Q̄tū ad q̄ntā ꝯſideratiōꝫ. s. đ bn̄ficio creatiōis. Aīa cuiuſlibꝫ de nihilo creat᷑ cū coꝛꝑi īfūdit᷑. ⁊ ī aīa imago trinitatꝭ depingit᷑. ⁊ diſtinctiꝰ q̄ꝫ ī angeł ſil̄itudo deitatis. inq̄ꝫtū ſicut deꝰ eſt totꝰ ī toto oꝛbe ⁊ totꝰ in q̄libꝫ ꝑte. ita aīa in oꝛbe ſuo. i. ī coꝛꝑe tota ī toto. ⁊ tota ī q̄libꝫ ꝑte coꝛꝑis. Formauit etiā coꝛpꝰ de limo t̄re deꝰ ī q̄ ſūt q̄tuoꝛ hūoꝛes ꝯfoꝛmes q̄tuoꝛ elemētꝭ ⁊ q̄nqꝫ ſenſus exterioꝛes. viſꝰ. auditꝰ. guſtꝰ. odoꝛatꝰ ⁊ tactꝰ ⁊ q̄tuoꝛ īt̄ioꝛes. s. ſenſꝰ coīs. eſtiatiua fantaſtica ⁊ mēoꝛatiua q̄ſi nouē celi.

Nā decimū ē empyreū ī quo deus re-
ſidet p glīe manifeſtationē. Ita ī hoīe
eſt ps ītellectiua .s. intellect⁹ 7 volū-
tas· in q̄ pte videt̃ de⁹: 7 amat̃ cū ſcīs 7
angelis ei⁹. Vn̄ ī ſex dieb⁹ cūcta creā-
do habitationē hoī fecit 7 ornauit. 7
p⁹ea creādo hoīem ī poſſeſſioꝫ poſuit.
Agnoſce ꝯ xp̄iane ait Leo papa digni
tatē tuā: 7 dīne cōſors fact⁹ nat̃e noli
in veterē dignitatē 7 vilitatē degene-
ri cōuerſatiōe redire. h̄ ille. Cōſiderās
ingr̄titudinē hoīs ſup h̄ Moyſes ait.
Deū q te genuit dereliq̄ſti: 7 oblit⁹ es
dn̄i creditorꝫ tui. Deut. 32° ca°. q̄ſi di.
quō potes eſſe ita ingr̄t⁹. De iſta mā pꝫ
diffuſe in tractatu de creatione. Qr̄tū
ad ſextā conſiderationē .s. de bn̄ficio
multiplicationis videlꝫ reꝝ tp̄aliū pꝫ
p experiētiā. qa deus ꝓuidet miſerijs
nr̄is. Miſerie famis 7 ſitꝭ ꝓuidet ciba-
rijs 7 potib⁹ varijs ne faſtidiū gnēr̃.
Miſerie nuditatis veſtimētis pl̄imis
lane 7 lini 7 ſerici. Miſerie frigoris ca-
lore ignis. Miſerie tenebrarum lumi-
ne lune 7 ſolis. Miſerie pauptatꝭ diui-
tijs auri 7 argēti 7 ceteroꝝ metalloꝝ
7 lapidū p̄cioſoꝝ. Miſerie īfirmitatū
medicinis īnumerꝭ. Sēſib⁹ ipſis copi-
oſe 7 ſuauit̃ ꝓuidet. Viſui ꝺ pulchri-
tudine coloꝝ. Auditui ꝺ ſuauitate ſo
noꝝ cātus 7 inſtrumētoꝝ. Guſtui de
dulcedine ciboꝝ. Odoratui ꝺ fragrā-
tia odoꝝ floꝝ 7 alioꝝ. Tactui de leni-
tate diuerſoꝝ obiectoꝝ. O quāte ſūt
hoīs miſerie. Job. 14°. Repletus multꝭ
miſerijs. qb⁹ releuat nos de⁹ nr̄ bn̄fi-
cijs ſuis. De qb⁹ loqt̃ Aug⁹ in. 22°. de
ciui. dei ca°. 24°. dicēs. Int̃ ceta pulchri
tudo 7 vtilitas creature q̄ hoī lꝫ ī iſtos
labores miſeriaſqꝫ piecto atqꝫ dānato
ſpectanda atqꝫ ſumēda dīna largitate
cōceſſa ē q̄ ſermone determinari pōt. In
celi 7 t̄re 7 maris multimoda 7 varia

pulchritudine. in ipſi⁹ lucꝭ tāta copia
tamqꝫ mirabili ſpē. in ſole luna 7 ſide-
rib⁹. in opacitatib⁹ nemoꝝ. in colori-
bus 7 odorib⁹ floꝝ. in dr̃ſitate ac mul-
titudine volucrū. ī multiformi ſpecie
tot tātorūqꝫ aīantiū. Et. ī. Quid ciboꝝ
vſqueq̄qꝫ copia ꝯ famē! Quid ſapoꝝ
dr̃ſitas ꝯtra faſtidiū nāe diffuſa dīni-
tus non coquoꝝ arte ac labore q̄ſita!
Quāta ī multis reb⁹ tuēde atqꝫ recu-
perade ſalutꝭ auxilia! Qꝫ grata diei al-
ternatis 7 noctis viciſſitudo! Aurarū
q̄ꝫ blāda tēperies! In fructib⁹ 7 peco-
rib⁹ indumētoꝝ ꝯficiēdoꝝ quāta ma
teries! Oīa ꝯmemorare qs poſſit! Hec
aūt ſola q̄ a me velut in quedā aggerē
ſunt coartata: ſi vellē velut colligata
īuoluta ſoluē atqꝫ diſcutē quāta mihi
mora eēt ī ſingulis qb⁹ pl̄ima ꝯtinēt̃!
7 h̄ oīa miſeroꝝ ſūt dānatoꝝqꝫ ſolatia
nō p̄mia btōꝝ. Que igit̃ illa ſūt ſi tot
7 talia ac tāta ſūt iſta! Quid dabit eis
q̊s p̄deſtinauit ad vitā· q h̄ dedit etiā
eis q̊s p̄deſtinauit ad mortē! h̄ ille. Sꝫ
tāta ē ingratitudo nr̄a ut cōq̄rēdo di-
cat dn̄s Yſa. p̊. Filios enutriui 7 exal-
taui· ipſi aūt ſpreuerūt me. Qr̄tū ad
aliā cōſiderationē .s. de bn̄ficio coro-
natiōis. Oīa. n. q̄ circa nos fecit deus
ad h̄ fecit ut nos ad btītudinē p̄duce-
ret 7 in illa coronaret. Quātas. n. vl-
tra p̄dicta inſpiratiōes 7 incitamēta
ad bonū īmittit· q̊t documēta ſcript̃e
ſacre· q̊t exhortatiōes· q̊t exēpla pfec-
toꝝ· q̊t euaſiōeſ p̄iculoꝝ· quātas expe
ctatiōeſ ad pctōꝝ emēdatiōes · q̊t au-
xilia angelorū. ps. Angelis ſuis deus
mādauit de te ꝛc. Quomō miſeretur
pater filiorum miſertus ē dn̄s timen-
tibus ſe. ſolum ad hoc ut venirent ad
illā patriā vbi beati poſſidebūt ſeptē
bona q̄ dicūt̃ ſeptē dotes que īplebūt
corpus 7 totalit̃ aīam ꝗtabūt. videlꝫ

viſiõeꝫ clarã q̄ ĩplebũt̕ ſapĩa. ↄprehẽ-ſionẽ q̄ ĩplebunt̕ ſecuritate. fruitionẽ perfectiſſimã qua ĩplebũtur gaudio. Et quo ad corpus. agilitatẽ. ſubtilitatẽ. claritẽ. ĩpaſſibilitatẽ. Hec ſũt ſeptẽ bona q̄ h̄ deſiderãt̕ ꝫ nũq̄ꝫ plene poſſi-dent̕. videlꝫ diuitie. honorificẽtie. potẽtie. dñia. delectatiões. ſanitas. vite ꝑpetuitas. ſcĩa. virtutes que ibi plene habẽt̕. Ecce bñficia dei patẽt de q̄bus debem⁹ eẽ g̃ti ⁊ ĩmenſas deo g̃ras referre. Vñ Aug⁹ ĩ 7°. de ciui. dei. ca°. 31°. inquit ſic. Habem⁹ ab ipſo deo multa bñficia ꝓ q̄bꝫ nequaq̄ꝫ valem⁹ actiõi g̃raꝝ ſufficẽ. Ab eo. n. ẽ ꝙ ſum⁹ ꝙ viuim⁹ ꝙ celũ t̃rãq̄ꝫ conſpicim⁹ ꝙ mẽtẽ atq̄ꝫ ratiõꝫ h̄em⁹. q̄re ipſũ q ꝫ oĩa ↄdidit ingratm⁹. Tãdẽ. n. ipſe nos oneratos obrutoſq̄ꝫ pctĩs ⁊ a contẽplatione ſue luc̄ auerſos ac tenebraꝝ. i. iniq̄tatis delectatiõe cecatos nõ iõ deſeruit miſitq̄ꝫ v̄bũ ſuũ q ẽ vnic⁹ ei⁹ fili⁹ q̄ ꝓ nobis aſſũpta carne nato atq̄ꝫ paſſo a pctĩs oĩbꝫ mũdaremur. eiuſq̄ꝫ ſpũ in cordibꝫ nr̃is dilectione diffuſa oĩbus difficultatibꝫ ſupat̄ ĩ etna reqe ĩ contẽplatiõe ei⁹ ĩeffabilẽ dulcedinẽ ĩuenitem⁹. Que corda q̄ ligue ad agẽdas ei g̃ras ſatis eẽ cõtẽderẽt! ꝫ ille. Et iõ ingr̃us diues q ut pꝫ ĩ euãgelio hodierno Luc̄. 16° ca°. qui induebat̕ purpura ⁊ byſſo. ⁊ epulabat̕ q̄tidie ſplẽdide. nec volebat coĩcare pauperi Laçaro de his q̄ ab oĩpotẽti deo g̃tis receperat. mortu⁹ ẽ ⁊ ſepult⁹ ẽ ĩ inferno. a q̄ nos liberet ille q Laçarũ mẽdicũ in ſinu Abrahe fecit q̄eſcẽ ut quieſcamus ⁊ nos in illa celeſti g̃lia in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſexta poſt ſecũdã dñicã in quadrageſima ꝺ deteſtatiõe ⁊ abhominatiõe vitij ingr̃itudinis Sermo. 54⁹

Omne quod ẽ ĩ mũdo aut ẽ ↄcupĩa ⁊c. Iterũ vbi ſ. Null⁹ eſt fr̃es cariſſimi q in veritate poſſit ſe excuſare ꝺ vitio ingr̃itudinis ex ĩpotẽtia aut ex obliuione. Nõ ex ĩpotẽtia. q̄a ſi nõ põt recõpẽſare bñfactori ſufficit volũtas. Ad debitũ. n. g̃titudinis reddẽdũ magiſ attẽdit̕ volũtas q̄ꝫ op⁹. Vñ Sen. in ꝑ de officijs dĩc. ꝙ bñficiũ nõ ĩ eo qꝺ fit aut dat̕ cõſiſtit ꝫ mag̃ ĩ dãt̄ aut faciẽt̄ aĩo. Et iõ ſufficit volũtas recõpẽſandi cũ deeſt facultas. Procedit ſiq̄dẽ debitũ g̃titudinis ex debito amoꝛ a q̄ null⁹ ↄꝫ abſolui velle. ſcꝺm illud ad Ro. 13°. Nemini q̄cq̄ꝫ debeat̄ niſi ut ĩuicẽ diligatis. Nõ etiã ex obliuiõe põt q̄s excuſari ex ingr̃itudine niſi illa ꝓcederet ex nãli defectu q nõ ſubiacet volũtati. nõ aũt ex illa q̄ ꝓuenit ex negligẽtia. Si q̄s aũt ignoꝛet bñficiũ nõ ẽ ingrat⁹ ſi bñficiũ nõ recõpenſet dũmõ ſit patus recõpenſare ſi noſcet. Nã ut ſcribit̕. C. de inoffi. teſta. l. ſi q̄s. Satis iniquũ ẽ uel videt̕ eũ q nõ ſentit ingr̃ũ exiſtimari. Ex q̄bus oĩbꝫ pꝫ ꝙ ſit deteſtãda ingr̃itudo. q̄a ut ait Iohes in v̄bis ꝓpoſit̄. Oẽ qꝺ ẽ in mũdo ⁊c. In pñti igitur ſermõe tria ꝓponũtur que clamãt ꝙ debemus abhominare ⁊ deteſtari vitiũ ingr̃itudinis. q̄rũ Primũ dr̃ ſcripturaꝝ doctrinatio. Secũdũ v̄o g̃uiſſimoꝝ maloꝝ ꝓduc°. Tertiũ aũt beneficioꝝ ſubtractio.

¶ Pars prima hui⁹ ſermonis. ĩ qua ponunt̕ tres ſpecies auctoritatũ ingratitudinẽ deteſtantiũ.

Primo igit̕ ĩ iſto ſermone clamãt ꝙ fugẽ debeamus ingr̃itudinẽ varie ⁊ dĩſe ſcripture. ꝑ ſcripturarũ diuinaꝝ admonitio.

Admonet.n.deus p ſeptē teſtes fugē ingratitudinem.
p̊ p Moyſen p quē rep̄bat ingtitudinē filioꝝ iſrl̄.di.Exo.32.Filij iſrl̄ educti a dn̄o de ſeruitute egypti fecerunt vitulū aureū adorātes eundē 7 male ſucceſſit eis. Et Nūeri.xi°. Cito obliti ſūt bn̄ficioꝝ dei filij q faſtidiebāt māna 7 murmurabāt. Et iō ait Numeri 24°. Decreuerā magnifice honorare te.ſ dn̄s p̄uauit te honore diſpoſito.ſ ꝑpt ingtitudinem.Et Deut°.32°. Incraſſat⁹ ē dilect⁹ 7 recalcitrauit.dereliqt factorē ſuū 7 receſſit a deo ſalutari ſuo.Ecce ĩgratitudinis abhominatio p Moyſen.
Per Dauid 2° rep̄bat ingtitudinem Jude.di.ps.40. Etenī hō pacis mee in q̊ ſpaui: q edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplātationem.Et ideo Dauid ait.Benedicam dn̄m ĩ oī tpe: ſemp laus eius ĩ ore meo ꝛc.
3° p Salomonē Eccl.29°. Gratiā fideiuſſoris ne obliuiſcaris.Dedit.n.ꝓ te aīam ſuā.et.ĩ.Ingratus ſenſu derelinquit liberantem ſe.
4° p Yſaiam p quē conquerit̄ de pp̄lo ĩgrato.di.Filios enutriui 7 exaltaui. ipſi aūt ſpreuerūt me ꝛc.ibidē p̊ ca°.
5° p Jeremiā p quē de ingtis conquerit̄ Jere.5°. di.Saturaui eos 7 mechati ſūt: 7 ĩ domo meretricꝪ luxuriabāt̄. Et ibidē.ĩ.Magnificati ſunt 7 ditati. incraſſati ſūt 7 impinguati.ꝓterierūt ſermones meos peſſime.
6° p Oſeam ꝓphām q 7° ca°. ait.Ego erudiui 7 cōfortaui brachiū eoꝝ.7 in me cogitauerūt malitiā.Et.13° ca°. idē ait.Adimpleti ſūt 7 ſaturati ſūt.7 leuauerūt cor ſuū 7 obliti ſūt mei.ꝛc.
7° p filiū ſuū Jheſum xp̄m dn̄m nr̄m q Math.18° rep̄hēdit ingratū.di.Serue nequā oē debitū dimiſi tibi qm̄ rogaſti me ꝛc.Et Luc.17°. cōquerit̄ de ingtis.di.Nōne decē mūdati ſūt.7 nō eſt īuent⁹ q rediret 7 daret glīam deo niſi hic alienigena ꝛc.Et ſic patꝫ pmū qꝺ pſuadet fugere ingratitudinē.
2° pſuadet 7 clamat nos fugē ingtitudinē ſcōꝝ deteſtatio.quoꝝ oīuꝫ eſt Prim⁹ ap̄lus Paul⁹ q Ro.p̊ ait.Gra voƀ 7 pax a deo.glo.Gr̄as deo agē eſt ſētire oīa bona a deo data eē 7 ꝓ eo laudare corde voce 7 ope ꝛc.Et ideo idē ap̄lus.i.Cor.p̊ ca°. ait. Gr̄as ago deo meo ſpꝑ ꝓ oīƀ voƀ ĩ grā q̄ data ē voƀ in xp̄o Jheſu in oī v̊bo 7 in oī ſciā ꝛc. Ecce quō docet nos eē gratos deo ꝛc.
2⁹ ē deuot⁹ Ber.q ait ſermōe.35°.Gratiaꝝ ceſſat decurſus vbi recurſus non fuerit.nec mō nihil auget̄ ingto ſ qꝺ accepit v̊tit̄ ei in pn̄itiē.Fidelis aūt in modico cenſet̄ dignus munē ap̄liori. Et ſermōe.42°. idē ait.Puerſi cordis eſt occaſiōes ingtitudinis īueſtigare. nemo id facit niſi q etiā gtis ingt⁹ ē. Peremptoria res ē ĩgratitudo.hoſtis gratie.ĩimica ſalutis.qm̄ nihil ita deo diſplicet preſertim ĩ filijs gratie ſicut ingratitudo.ħ ille.
3⁹ ē Johes Criſo⁹ q ſup Math.inquit Quāto maiora beneficia ſunt hoīƀ conſtituta.tanto grauiora peccantiƀ iudicia.hec ille.
4⁹ eſt Amb°. q ſup Luc.īquit.Neſcit v̊tus mēſuram grē.nec cōtēta referre qꝺ accepit ſ vult cumulare qꝺ ſūpſerit ne inferior ſit bn̄ficio lꝫ equet̄ officio. Et ĩ li° de officijs idē ait.In bn̄ficio cōferēdo plus anim⁹ q̄ꝫ cēſus operatur.magl̄ p̄ponderat beniuolentia q̄ꝫ poſſibilitas reddēdi mun⁹.ħ ille.Ecce quāta v̊t⁹ gratitudinis ex q̄ oñdit̄ ꝑuerſitas ingtitudinis.qa vni⁹ v̊tutis magnificatio eſt vitij contrarij deteſtatio 7 abhominatio.

5ꝰ eſt ſcūs Gregꝰ q ī quadā omel̄.ait
ſic.Sīc boni ꝑ cōtumeliā exurgūt·ita
ſꝑ de bn̄ficio peioꝛes fiūt.s.ꝑ ingrati-
tudinē beneficij accepti qꝺ ꝑuerſiſſi-
mū eſt.hec ille ⁊c.
6ꝰ eſt Augꝰ ſcūs ⁊ glīoſus q in liº ſo-
liloquioꝝ ait·caº.9º.Scio nāqꝫ ꝙ ingꝛ-
titudo diſplicet tibi que radix ē oīuꝫ
ſpūaliū maloꝝ ⁊ vētus qdā deſiccans
⁊ vrens oē bonū·obſtruēs fontē dīne
mīe ſuꝑ hoīem·q̄ etiā ⁊ mala moꝛtua
iā oꝛiūt.⁊ viua iā bona moꝛiūt·bona
vltra non adipiſcūt.Et ego deus gra-
tias tibi ago ne ſim ingratus tibi libe-
ratoꝛ meus·qm̄ liberaſti me. hec ille.
7ꝰ ē Jeroꝰ ſcūs q ī epl̄a ad Euſtochiū
recitat bn̄ficiū grāde redēptionis nr̄e
hoꝛtās nos ut de eo ſimꝰ grati.di.Dei
filius ꝓ nr̄a ſalute hoīs factus ē filius.
nouē mēſibꝫ ī vtero ut naſcat̄ expec-
tat·faſtidia ſuſtinet·cruētus egredit̄
īuoluit̄ pānis·blāditijs deridet·⁊ ille
cuiꝰ pugillo mūdꝰ īcludit̄ ꝑſepij con-
net̄ anguſtijs.Taceo ꝙ vſqꝫ ad trigeſi
mū ānū igꝛbili parētū pauꝑtate cōten-
tus ē.verberat̄ tacet.crucifigit̄ ⁊ pro
crucifigentibꝫ deꝑcat̄. Quid ḡ retri-
buā dn̄o ꝓ oībꝫ q̄ retribuit mihi.Ca-
licē ſalutarꝭ accipiā ⁊ nomē dn̄i īuoca-
bo.Precioſa ī cōſpectu dn̄i moꝛs ſcōꝝ
eiꝰ.Hec ē ſola digna retributio cū ſan-
guis ſanguine cōpēſatur.⁊ redempti
cruoꝛe xp̄i ꝓ redēptiōe libent̄ occūbi-
mus.h̄ ille.Ecce ḡ quō debemus eſſe
ḡti·qꝺ ſi nō facimꝰ magꝰ ē ꝑuerſitas.
Et ſic pꝫ ſecūdū quod ꝑſuadet fugere
ingratitudinē.

3º ꝑſuadet fugē ingꝛtitudinē ph̄oꝝ
moꝛaliū doctrinatio·quoꝝ
Primus ē Seneca q in epl̄a.8i.ad Lu-
cillū ait.Toꝛquet ingꝛꝰ ſe ⁊ macerat·
odit q̄ accepit·qꝛ redditurꝰ ē ⁊ exte-
nuat.īiurias vō dilatat ⁊ auget.Quid
eo miſerabiliꝰ cui bn̄ficia excidūt·he-
rēt īiurie!At ꝯ ſapiens exoꝛnat bn̄fi-
ciū ⁊ ſibi ipa cōmēdat.⁊ ſe aſſidua eiꝰ
cōmēdatiōe delectat.Jlla cōtēnit qbꝫ
leſus ē·nec ↄ̄tit oīa ī peiꝰ·nec q̄rit cui
caſū īputet·ad foꝛtunam potiꝰ refert.
⁊ qcqd accidit benigne īterꝑtādo le-
uat.i.alleuiat.Nō offēſe potiꝰ q̄ꝫ bn̄fi-
cij meminit quātū pōt.in ꝑoꝛe ac me-
lioꝛe memoꝛ ſe detinet·nec mutat ani
mū aduerſus bene meritos.h̄ ille.
2ꝰ ē Tulliꝰ ī liº.de officijs di.Gratiaꝝ
actio ē ꝓ gratia ſuſcepti muneris vo-
tiua muneranter laudatio.h̄ ille.
3ꝰ eſt Methodoꝛꝰ q ait. Solū ſapiētē
grām ſcire referre.Jngꝛꝰ ē q bn̄ficiū
reddit ſine vſura.Sepe qꝺ datur exi-
guū ē·qꝺ ſeqt̄ ex eo magnū eſt.h̄ ille.
4ꝰ ē Eunodiꝰ q ait.Suꝑni bn̄ficij vix
dignoſcit̄ q̄litas dū tenet̄.poſtq̄ꝫ migꝛ-
uerit cupita dulceſcit.h̄ ille.
5ꝰ ē Socrates q ait.Plus gaude datis
bn̄ficijs q̄ꝫ acceptꝭ.Jlla.n.glīa.h̄ neceſ-
tatis vr̄ eē ſubā.Et iterū idē.Penā a
q̊ meruerꝭ fruſtra ꝑſidiū q̄ris.Ab alio
expecta qꝺ alteri feceris. Et iō de eo
refert Sen̄.liº 5º.de bn̄ficijs. Ait.n.ꝙ
Archilaꝰ rex perſaꝝ rogauit Socratē
ut ad ſe veniret beneficia ab eo ſuſce-
pturꝰ.Rn̄dit Socrates nolle ſe ad eū
ire recepturus ab eo beneficia·cū ille
paria nō poſſet reddere.
6ꝰ ē Criſpꝰ ph̄s q ut refert Sen̄.2º.de
bn̄ficijs ſic dicebat.Sic eſt de bn̄ficio
quēadmodū ꝺ pile vſu·quā cadē nō
dubiū ē·aut mittentꝭ dubio·aut acci-
piētꝭ.neccē ē aūt ut luſoꝛ bonꝰ alit̄ illā
luſoꝛi lōgo·alit̄ breui mittat. Eadem
beneficij ratio ē.niſi vtriqꝫ ꝑſone dātꝭ
⁊ accipiētis aptetur·nec ab eo exhibet
nec ad illū ꝑueniet vbi debet.h̄ ille.

7⁹ et vltimus eſt Thales phs qui cū nocte duceret̄ ex̄ domū ut aſtra ↄſideraret incidit ī foueā. eoqꝫ lugēte dixit vetula. Tu qdē o Thales q̄ āte pedes tuos ſūt videre nequiēs. quō q̄ ī celo ſunt poteris cognoſcē? Hic Thales fert̄ tndiſſe: hoꝝ triū grās ago fortune. p̄ qdē ꝙ homo fact⁹ ſū 7 non beſtia. deinde qa mas 7 non femina. poſtremo quia grec⁹ 7 nō barbarus. Ubi docet nos ꝙ etiam ī tribulatiōibus debem⁹ grās agē de bonis 7 nō turbari de aduerſis. Unde glo. ſup illud. Bn̄dicam dn̄m in oī tpe inquit. In tpe tribulatiōis 7 cōſolatiōis ꝛc. Inqt etiā Xiſt⁹ pytagoric⁹. In oī eo q̄ð bn̄ agis actorē deputa deū. Ex qbus oībꝫ colligit̄ ꝙ abhominādā 7 deteſtāda ē pu̾ſa ingratitudo. Un̄ etiā ex ꝓuerbijs ſapiētū hr̄. Ingratus vnus miſeris oībus nocet. Malignos fieri maxīe docēt ingrati. Reuera bn̄ficioꝝ memoria fragilis eſt. iniurie v̄o tenax. H̄ ibi. Et ſic pꝫ pars prima huius ſermonis.

¶ Pars ſecūda hui⁹ ſermōis. ī q̄ ponūt̄ mala q̄ ꝑſuadēt fugere īgratitudinē.

SEcūdo ī iſto ſmōe ſecūdū q̄ð clamat ꝙ nos debeamus fugē ingratitudinē oī grauiſſimorū maloꝝ ꝓductio. Nā ꝓpter ingratitudinē incurrit qs multa mala. 7 corporalia tpalia 7 ſpūalia. Dic. n. aplus Ro. p̄. de antiqs phis ꝙ qa cū cognouiſſent deū nō ſicut deū glificauerunt neqꝫ grās egerūt. ſ euanuerūt ī cogitationibus ſuis ſibi ipſis attribuētes bn̄ficiū a deo cōceſſum intellect⁹. ꝓpt̄ h̄ vitiū ingr̄tudinis tradidit illos de⁹ in reprobū ſenſum 7 ī vitia ydolatrie 7 cōtra nām. i. tradi pmiſit. Et poſtea ponit multa alia grauia ī que īcurrerūt. Repletos inquit oī iniqtate. malitia. fornicatione. auaritia ꝛc. ibi vide. Ezechias rex itm̄ poſt victoriā maximā 7 liberationem de manibus Senacherib. qa nō ſufficiēter gratias egit cātādo canticū dn̄o ſm̄ morē illius tꝑis. iō ꝓpter īgratitudinē egrotauit Ezechias vſqꝫ ad mortē vt dicit Joſephus. patꝫ Yſa. 38ᵒ caᵒ. Joas rex iuda q ingratiſſim⁹ fuit erga Joiada ſūmū ſacerdotē. Nam vxor ei⁹ occultauit eū cū eēt puulus 7 q̄reret̄ ad occidēdū ab Athalia. Cū p⁹ mortuo Joiada filius eius Zacharias rep̄hēdēt eū de vitijs ſuis. adeo malus 7 ingr̄tus fuit ꝙ fecit eū occidi. Un̄ poſtea infirmatus ē 7 male ſibi fuit. hr̄. 2. palip. 24ᵒ. Uiri ſichen. qa īgrati fuerūt occidentes. 17. filios Gedeonis a q̄ liberati fuerāt de manibus Madianitarū occiſi ſunt. 120. milia ex eis. iō ſuſtinuerūt multā p̄ſſurā. Judei īgratiſſimi de bn̄ficijs xp̄i diſpſi ſūt. Magꝫ aūt ipſe xp̄us d̄ nr̄a ingratitudine cōq̄rit̄ ꝙ de ſua paſſione. dicēs p deuotū Ber. Ad te clamo qui ꝓ te morior. Uide plagas qbꝫ afficior. Uide clauos qbus cōfodior. 7 cū ſit tantus dolor exterior: intus tn̄ plus crucior ꝙ te ingratū experior. Hui⁹ ingratitudinis mirabat̄ Salomon Ecclaſtes. 9ᵒ. di. Ciuitas pua 7 pauci ī ea viri. venit ↄ̄ eā rex magnus. 7 extruxit munitiones p gyrū. 7 pfecta eſt obſidio. īuentuſqꝫ vir paup ī ea. 7 liberauit eā p ſapientiā ſuā: 7 nemo deinceps recordat⁹ ē paupis illi⁹. Ciuitas h̄ mūdus eſt. pua ē reſpectu vniuerſi. pauci viri. i. v̄tuoſi ī ea. rex q venit cōtra eam diabolus qui oēs tenebat obſeſſos ut capet p dānatiōes. paup īuent⁹ in ea

xp̄us ē q liberauit eā ꝑ prudētiā ſuā diabolū paſſiōe ſupando. Sꝫ nō ē qui recogitet tātū bn̄ficiū ⁊ q audiat v̊ba illius paupis. ğ maxīa ingtitudo ꝛc. Et ſic pꝫ ps ſecūda huiꝰ ſermonis.

¶ Pars t̄tia huiꝰ ſmōis. in q̄ ponit̄ t̄tiū qd clamat ingtitudinē fugiēdā quod dr̄ diuinoꝝ bn̄ficioꝝ ſubtractio.

Tertio ī iſto ſmōe ponit̄ t̄tiū qd clamat ingratitudinē eſſē fugiēdā qd dr̄ bn̄ficioꝝ ſubtractio ⁊ cōceſſoꝝ ablatio. p̊ clamat ꝓmiſſoꝝ bn̄ficioꝝ ſubtractio. Nā dic Augꝰ. Nō ē dignꝰ dādis q nō ē dignꝰ datis. Et Sap. 16°. dr̄. Ingti ſpes tanq̄ꝫ hybnalis glacies tabeſcet. i. deficiet. qa s. nō recipiet bn̄ficia q̄ ſperabat. Ipſa demū gl̄ia fidelibꝫ ꝓmiſſa ingtꝰ p̊uat̄. Vn̄ glo. ſup ep̄lam ad Cor. Nemo donis dei fit btūs q eis extitit ingratus.

Ad q̊ꝝ declaratiōꝫ nō ſm Tho. ꝙ circa ingtū duo ſūt cōſiderāda. Primū qdem. qd ipſe ingtus dignꝰ ſit pati. ⁊ ſic certū ē ꝙ meret̄ bn̄ficij ſubtractionē. Aliud ē ꝯſiderādū. s. qd oporteat ipſū bn̄ficiatū facē. Et p̊ qdē non dꝫ eē facilis ad ingtudinē iudicandā. qa frequent̄ ut ait Sen̄. qui nō reddit tn̄ gratus ē ex eo videlꝫ qa forte non occurrit ei facultas aut opportunitas reddēdi. 2° dꝫ attēdē bn̄ficia ut beneficiatū de ingto faciat gtū. qd ſi nō pōt p̊ bn̄ficio facē faciat 2°. Q̄ ſi bn̄ficijs multiplicatis ingtitudinē augeat ⁊ peior fiat. tūc a bn̄ficioꝝ exhibitiōe ceſſare dꝫ. Et ſic facit gl̄ioſus deꝰ. de q̊ dr̄ Luc. 6°. ꝙ benignꝰ ē ſup ingtos ⁊ malos. quē imitari debemꝰ ut ibi dr̄. Nam ut dicit Ieroꝰ. Moderatio dei ac pietas ſolū reditū noſtrū q̄rit ac nos cupit lōga ſua bonitate ſaluare. videlꝫ nō ſubtrahēdo bona nob̄ collata. diu expectādo ad pn̄iaꝫ. addēdo q̊tidie ⁊ alia ut gti reuertamur ad eū. Et ſubdit Ieroꝰ. Q̄ ſi nō ꝯuertimur. ſi duri colli ſumꝰ. ſi vſq̄ꝫ ī finē pſeueramꝰ. aſſidue peccātiū nō miſeret̄ deꝰ. diſ. 93. Et iō noli obliuiſci oēs retributiōes eiꝰ. ſꝫ bn̄dic aīa mea dn̄o. Aīa hꝫ potētias qbꝫ opat̄. ſ. intellectiuā. volitiuā ⁊ ſenſitiuā. Bn̄dic ğ aīa mea ītellectu rememorando ⁊ cōſiderādo tibi bona collata. Oīa nr̄a ſūt ait ap̄ls. i. Cor. 3°. s. diuinalia ad fruēdū. i. pſone dīne Intellectiua. i. angeli ad ſeruiēdū. qa ut dr̄ Heb. p̊. Oēs adminiſtratorij ſūt ſpūs ꝛc. Nālia ad cōuiuēdū. i. hoīes. Irrationalia ad vtēdū. ps. Oīa ſubieciſti ſub pedibꝫ eiꝰ ꝛc. Diſce ait Ber. cōſiderare ſingula q̄ tibi apponunt̄. s. bn̄ficia ut nulla ſint q̄ debita grāꝝ actiōe fruſtrēt̄. Benedic affectu ſup oīa diligēdo tātū bn̄factorē. Vn̄ Augꝰ in li° d̄ cathetiçādiſ rudibꝫ ait. Si amare piget. reamare nō pigeat. s. deū ꝓ tād bn̄ficijs. Sꝫ tanta ē ingtitudo hoīs ut qd̄cūq̄ꝫ tpale etiā vile magꝭ q̄ꝫ deū diligat. Vn̄ ī finali iudicio hāc ingtitudinē exꝓbrādo repbis rn̄det dicens ut ait Iohes Criſoꝰ. Ego ꝓpt̄ vos hō factꝰ ſū. ꝓpt̄ vos deluſus ⁊ crucifixꝰ. Vbi ē tantaꝝ īiuriaꝝ meaꝝ fructus! Vbi ē ſeruitꝰ quā mihi ꝓ p̄cio ſanguinis mei debuiſtis! Ego ſup gl̄iaꝫ meā vos amaui. cū eſſem deꝰ apparēs hō. ⁊ vos oēm t̄re rē viliſſimā āplius dilexiſtis q̄ꝫ iuſticiā meā ⁊ fidē. hꝫ ille. Benedic ſenſitiua potētia. i. voce laudādo deū ⁊ oībꝫ ſenſibꝫ ſibi ſeruiēdo. Ad hꝫ. n. obſequiū p̄ſtādū deo īducit oīs creatura ſeruiēs ad nutū ſuo creatori Vn̄ dicit Vgo de ſcō victore. ꝙ q̄libet

creatura trina voce quēlibꝫ alloqͥ̄r vi-
delicꝫ accipe·redde·fuge·Accipe bn̄fi-
ciū ex me tuū vſu. Accipe inq̄t celum
a me illuminatiōꝫ ⁊ motū. Accipe in-
q̄t ignis a me calorē. Accipe ab aere re
ſpiratiōꝫ. Accipe ab aqua refrigeriū ⁊
lotionē. Accipe ait t̄ra a me aīalia·vic-
tualia·metalla ⁊ ſuſtētationē. Alia
vox dic. Redde.s. obſequꝫ tuo bn̄fac-
tori ⁊ meo creatori q̄ iō me creauit ut
tibi ſeruirē. Ego ut ḡta ſp̄ tibi obſeq̄r
dn̄ tibi ſeruio. Tu ḡ multo magis ſibi
obſequiū p̄ſta ī honorē ſuū me v̄tēdo
⁊ ſibi de meo obſeq̄o tibi impēſo gr̄as
agēdo ne ingr̄ta īueniaris. Alia vox ē
Fuge.s. ſuppliciū tibi patū ꝓpt̄ ingr̄ti-
tudinē. Nam ſi ingrata eris nō bn̄ me
v̄tēdo ⁊ gr̄as agēdo oēs erim⁹ ꝯ̄ te ad
iudicādū ꝓ deo tuā ingr̄titudinē. Sap̄
5°. Pugnabit ꝓ eo orbis t̄raꝝ ꝯ̄ inſen-
ſatos. Celū dicet: luīe meo ī ꝑpetuū
ꝑuet̄. Ignis aūt. a me ī īferno cruciet̄.
Aer. ī me vētilet̄. Aqua. ꝑ me infrigi-
det̄. Terra. in centro meo vbi collecte
erūt oēs īmūditie elemētoꝝ īcarcēt̄.
2° ī iſta p̄te clamat fugiēdā eē ingr̄ti
tudinē cōceſſoꝝ bn̄ficioꝝ ablatio. Nā
Aug⁹ ait. Q̄d de⁹ dedit ḡtis·abſtulit
ingr̄tis. Vn̄ ſaluator nr̄ p⁹q̄ꝫ ī euāgelio
hodierno Math. 21° ca°. poſuit p̄abo-
lam vinee plātate ⁊ locate agricol̄ vbi
oñdit̄ ingratitudo illorū·dixit. Ideo
auferet̄ a vob̄ regnū dei. Vinea. n. de-
ſiḡt aīam qualibꝫ q̄ a deo plātat̄ ī cre-
atiōe ī q̄ ponit̄ torcular remorſus cō-
ſciētie. ⁊ turr̄ ratiōis ex q̄ poſſit vidē-
do amicos ab īimicꝭ diſcernē. Sepe cir
cūdat̄. i. cuſtodia āgelica q̄ vndiqꝫ cu-
ſtodit. Locat colonis. s. appetitiuo in-
tellectiuo ⁊ ſenſitiuo. Vites ī ea ſunt
inclinatiōes ad v̄tutes. uel q̄d plus ē
habit⁹ v̄tutū q̄ infundūt̄ ī baptiſmo

Tēp⁹ fructuū appropinquat cū īcipit
hr̄e vſū liberi arbitrii q̄ dꝫ ī honorem
dei fructū ꝓducē bonoꝝ operū. Tunc
mittit de⁹ nūcios ſuos. i. bonas īſpira-
tiōes ⁊ īſtinct⁹ mētales ad bn̄faciēdū
uel documēta p̄dicatoꝝ ⁊ alia. ſed ut
ingr̄tus illos mortificat ⁊ cōtēnit. De-
mū ipſe fili⁹ dei ī ſacro altarꝭ venit ad
eū. Sꝫ uel nō recipit uel receptū eiicit
extra ſe ⁊ crucifigit mal̄ opib⁹·ſcḋm q̄
ait ap̄ls ad Heb. 6° ca°. de p̄uis xp̄ico-
lis. Rurſus crucifigētes dei filiū in ſe-
metipſis oſtētui habētes. Quid ḡ fa-
ciet dn̄s his ingr̄tis! Auferet ab eis re-
gnū dei·illud videlꝫ de q̄ ait ap̄ls Ro.
14°. Regnū dei nō ē eſca ⁊ pot⁹. ſꝫ iuſti-
cia pax ⁊ gaudiū in ſpū ſcō. Iuſticia
aūt ē oīs v̄t⁹ ſcḋm ph̄m 5° ethicoꝝ. Pa-
tēt p̄dcā ꝑ exēplū illi⁹ ꝑp̄li ingr̄ti de q̄
ī p̄s. dr̄. Obliti ſūt deū q̄ ſaluauit eos
qui fecit maḡlia ī egypto·mirabilia ī
t̄ra Cham·terribilia ī mari rubro. Et
dixit ut diſꝑdēt eos. Vbi pōit p̄s. illo-
rū ingr̄titudinē·q̄a obliti ſūt deū non
ſolū in h̄ q̄a non dilexerūt nec lauda-
uerūt deū bn̄factorē ſuū·nec aliq̄d in
ei⁹ obſequꝫ fecerūt·ſꝫ q̄uit̄ offenderūt
adorātes vitulū aureū ꝓ deo ⁊ ꝯḡrē-
tes de eo ⁊ indignati ſūt ꝯ̄ eū. P̄s de-
ſcribit bn̄ficioꝝ a deo collatorum ibi
multitudinem. Qui ſaluauit eos ⁊c.
Saluauit eoꝝ patres t̄pe famis ī egy-
pto. fecit magnalia in egypto·copioſe
multiplicādo eos·flagellādo egypti-
os multipliciter. Terribilia ī mari ru-
bro·eos ꝑ mediū ſicci marꝭ ꝑducendo
⁊ Pharaonē egreſſū cū exercitu ī aq̄s
ſubmergēdo. Mirabilia ī terra Cham
ꝑ deſertū ꝑducēdo cū paſtu māne de
celo. ⁊ t̄rā Cham. i. t̄rā ꝓmiſſiōis ipſis
habitatoribus extinctis ī poſſeſſionē
cōcedēdo. Itē ſubdit ingratitudinis

punitiõe ibi. Ut diſpderet eos p vniuerſū ī ſuos ⁊ ancillas deſtructa vſq ad fūdamēta ierl'm. ⁊ īnūerabilib pſonis mortuis gladio fame ⁊ peſte ex illis ab excercitu Titi ⁊ Veſpaſiani ⁊ vitijs infidelitatis ⁊ alijs deditos ⁊ puatos bñficijs ſpūalib ⁊ tpalib ad eternā dānatione deducit. O ingti xpiani. Bonū ē aliena mala fugiēda ītueri ait Sen. Demū ita veniet vobis ⁊ peiora ſi ingrati fueritis īuēti. Saluauit uos a pctīs uris p paſſiōe ſuā. fecit magnalia ī egypto tenebroſa mundi. qa magna documēta doctor. magnas cōuerſiões pplor. magna exēpla pfecte vite ſcōr. Fecit mirabilia ī tra Chā in tra eccl'ie mirabilia miraculor. mirabilia ſacror ⁊ int ea pcipue euchariſtie. Terribilia in mari rubro. qa pſtratiões diaboli ⁊ oīu pctōr ī mari pnīe ⁊ lachrymar. ⁊ ī mari rubro effuſionis ſanguinis martyr glioſor. Vñ timē habem⁹ ne ſi īueniamur ingrati his gtijs puemur ⁊ diſpgamur. ⁊ tpaliter dati ī captiuitatē illor. ⁊ ſpūalit in cruciatu demonior. 3° in iſta pte ponēda eēt alia ōclo q. s. ppter ingtitudinē pctā dimiſſa redeūt. ut declaratū ē ī ſermonario de pnīa ī tractatu de cōfeſſiōe. Nā ſeru⁹ etiā liberatus a ſeruitute ppt ingtitudinē cōmiſſam erga dñm ſuū redigit in ſeruitutē ſm iura ciuilia. C. de obſequijs prono pſtādis. l. ſi manumiſſori tuo. et in Autētico ut libri de ceto. §. qa etiā. coll. 6. et. 13. q. i. c. itē pcepit. Et iō dic tex. C. de libertis ⁊ eor liberis. l. Si manumiſſus ingtus circa patronū extiterit ſuū. ⁊ qdā iactātia uel ōtumacia ceruices aduerſus eū erexerit. aut leuis offenſe culpā ōtraxerit: a prono ruſ⁹ ſub īperio ditioneq mittat. filijs etiā q p⁹ea nati ſūt ſeruitur⁹. H ibi. Et iter hr talis text⁹. s. Et qm ſcim⁹ multas ratiões ad īuicē factas cōtētiões. illū ſolū tanq ingtū circa frēm effectū pticipare lucrū nō ōcedim⁹ q voluerit mortē fratri. aut crimīalē ō eū īducē īſcriptionē. aut ſubſe ei⁹ ppetrauit inferre iacturā. In Autētico de nuptijs. §. ingtitudinē. coll. 3. cōſtitud. i. et. ff. de īoffi. teſta. l. papinian⁹. §. memiſſe. Et q ⁊ a qb manumiſſi liberi nō fiāt. l. nō fiūt ⁊c. Hui⁹ ſile hr ī tractatu de pcepto ſabbati ī. l. politica. Spūalit g ſic fiet a deo d bñficijs ſuis ingtis. Dicit. n. aplus ad Heb. x°. deteriora mereri ſupplicia q filiū dei cōculcauerit ⁊ ſanguinē eius pollutū duxerit q iudeū. ⁊ h ppt ingtitudinē. Quāto. n. quis maiora bñficia recipit. tāto faciēs mala magis ingtus ē. Vñ ceteris paribus magis ingt⁹ ē ⁊ gui⁹ peccat ⁊ gui⁹ punit. Ex q ſeqt q p eodē pctō ceteris paribus magis puniet fidelis q īfidelis. ⁊ religioſus q laic⁹. ⁊ plat⁹ q ſbdit⁹ qa pl⁹ ingt⁹. Ad qd facit qd dic Urban⁹ papa. 12. q. i. ſcim⁹. Et exēplū ī vitis patrum de illa caluaria q adiurata dixit in vita fuiſſe paganā ⁊ ī inferno eē. ⁊ ſub paganis iudei. ⁊ ſub iudeis mali xpiani ī pfūdo. A q nos liberet ille q coīcatiōe ſuor beneficior gratos eſſe pclamat: qui cū pre ⁊ ſpū ſcō viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculor. Amen.

¶ Sabbato poſt ſecūdam dñicā in quadrageſima. de contētione etiā inanis glorie filia Sermo. 55⁹.

OMne quod ē ī mūdo aut ē cōcupiſcētia carnis ⁊c. Iterū vbi s.

ſ z

Poſtq̃ ſupiꝰ fratres cariſſimi abūde diffuſeqꝫ tractauimꝰ de ypocriſi ⁊ ingratitudine inanis glie filiabus: ſeqt̃ tractare de cōtentiōe filia eiuſdē vanaglorie. ut ponit Gregꝰ. Quia ut dic̃ ſanctus Tho. ſcda ſcde. q. 38. arti. 2°. et Alex. ĩ ſecūda pte ſume in tractatu de cōtētiōe. Cōtētio eſt quedā diſcordia in vbis. Diſcordātiū aūt vterqꝫ ĩ ſuo ſenſu ſtat ⁊ vnꝰ alti nō acqeſcit. Propriū eſt aūt ſupbie ⁊ ĩanis glie ꝓpriā excellētiā qrē. Sicut aūt diſcordātes ſūt aliq ex hꝰ q ſtant corde ĩ proprijs. ita ſupbi ⁊ vanagłioſi ſūt cōtendētes ex hꝰ q vnꝰqſqꝫ vbo qđ ſibi videt̃ defendit: ut ſic nō videat̃ minꝰ bene q̃ꝫ alij cogſcē id de q̃ cōtēdit̃. Cū cōtentione magnā vicinitatē hꝫ litigiū. Et iō hic tractabimꝰ de vtroqꝫ. qa ut ait Johes. Omne qđ eſt in mūdo ⁊c. De qua cōtentiōe tres conſideratiōes in pn̄ti ſermone faciemus. quarū

Prima dicitur cōtentiōis diffinitio.

Secūda vo cōtentiōis diuerſificatio.

Tertia vo cōtentiōis offenſio.

¶ Pars prima huiꝰ ſmonis. in q̃ ponit̃ cōtentiōis quidditas ⁊ diffinitio.

PRimo igit̃ ĩ iſto ſmōe ſciendū ē q cōtētio ſic diffinit̃ ab Amb°. Cōtētio ē ĩpugtio veritatis pſiſtēs ĩ ſermōe cā vincēdi cū cōfidētia clamoꝝ. Sup q̃ diffinitione dic̃ Alex. ĩ ſecūda pte ſume ſue in tractatu đ diuiſiōibꝫ pctĩ. in illa diuiſione q̃ ē ĩ pctm̄ cordis ⁊c. q iſta diffinitio dat̃ cū circūſtātia agguāte. Quidā. n. clamore vincē volūt ut non tm̄ ſit ibi ĩpugtio vitaꝝ. ſ3 clamor indebitus. Nihilominꝰ tn̄ ĩpugnatio veritatis maliuolētia arguitiōis ē cōtentio

Vn̄ dr̄. 2. ad Thimoꝝ. 2°. ĩ glo. Solēt ĩ cōtentiōe talia opponi elimato maliuolētie argumēto vnde moueāt aĩos ĩſipiētiū fratꝝ. Vn̄ gnālit̃ cōtētio pōt dici ĩpugnatio veritatis pſiſtēs ĩ ſermōe cā vincēdi. Et diffinit̃ h cōtētio put ē pctm̄. Nā cōtentio etiā ponit̃ a Tullio in 2° rhetorice. color rhetoricꝰ ⁊ tūc diffinit eā ſic. Cōtentio ē oratio ad cōfirmādū ⁊ cōfutādū accōmodata. Inqꝫtū āt ē vitiū apl's admonet vitare. Ro. 13°. di. Nō ĩ ɔtētiōe ⁊ emulatiōe. s. ābulemꝰ ɔuerſando. Et Cato. Contra vboſos noli contēdē vbis. Et Gregꝰ. Ego puto ſalua fide meliꝰ. s. eē alieno ĩtellectui credē q̃ꝫ ɔtētiōibꝫ deſeruire. Et Cleobalus phus cōſulebat mulieri nō eē familiarē nec cōtēdē cū ſuis pn̄tibꝫ alienis. Et iō cōtentioſus ꝓhibet̃ ordinari. diſ. 46. §. p°. et. c. ſeditionarijs. Nō litigioſū ait aplus. 1. Thimoꝝ. 3°. s. oꝫ eē epm. qđ etiā extēdit̃ ad alios clericos. Rō autē hꝰ ꝓhibitiōis ē ut dic̃ Gratianꝰ vbi ſ. qa cōtētioſi ⁊ litigioſi ſūt ſupbi. uel adulatiōibꝫ ſibi aĩos pncipū conciliant. uel fr̄ibus ſuis detrahendo infamie notā ĩgerūt. uel int̃ frēs ſeminādo diſcordiā ſeditiōes facē nūq̃ꝫ ceſſant. Oſtēdit aūt Jacobꝰ ca°. 4°. ſue canonice tale vitiū ꝓcedē ex ɔcupiā ꝓut videlꝫ cōcupiſcētia ĩportat ĩclinatiōꝫ habitualē ad pctā q̃cūqꝫ. vn̄ ait. Unde bella ⁊ lites ĩ voƀ niſi ex ɔcupiſcētijs q̃ militant ĩ mēbris urīs! Eſt tn̄ aduertēdū q differētia ē int̃ cōtētionē ⁊ litigiū. qa cōtētio opponit̃ concordie ſeu caritati. Litigium vo amicicie. Pro cuiꝰ declaratiōe dic̃ beatus Tho. ſcda ſcde. q. 116. arti. p°. q litigiū ꝓprie conſiſtit ĩ vbis cū. s. vnꝰ vbis altiꝰ cōtradicit. In qua ɔdictiōe duo pn̄t attēdi

Qñqȝ cõtingit ꝯdictio ꝓpt pſonã di-
cẽtis cui ꝯdicẽs cõſentire recuſat ꝓpt
defectũ amoris ad aĩos vniẽtis. ⁊ h̄ videt̃
ptinẽ ad diſcordiã ꝯtriã caritati. Qñqȝ
v̊o ꝯdictio orit̃ rõne pſone quã cõtri-
ſtare nõ veret̃. ⁊ h̄ ꝯdictio eſt litigiũ
ꝯtriũ amicitie ſeu affabilitati ad quã
ptinet delectabilit̃ aliȷ̃s ꝯuiuẽ. Vñ dic
phus ĩ 4° ethicoꝝ ꝙ q ad oĩa ꝯdicunt
cã ei⁹ q̃d ẽ ꝯtriſtare neqȝ q̃ſcũqȝ curã-
tes: diſcoli ⁊ litigioſi vocant̃. Et ſic pȝ
qd ſit cõtẽtio ⁊ quõ ꝓhibet̃ ⁊ q̃ diffe-
rẽtia ẽ int̃ cõtẽtionẽ ⁊ litigiũ. patetqȝ
ps p̊ma hui⁹ ſermõis.

¶ Pars ſecũda hui⁹ ſermõis. in q̃ ponit̃
cõtẽtiõis diuiſificatio ſiue variatio.

Secũdo ĩ iſto ſermõe ſciẽdũ ẽ
ꝙ multiplex ĩuenit̃ cõtẽtio ⁊
maxĩe triplex. Prima ẽ cõtẽ-
tio diſputatoria. Secũda eſt cõtentio
litigatoria. Tertia ẽ cõtẽtio oſtẽtato-
ria. P̊ dico ꝙ ẽ cõtentio diſputatoria
ſ irrationabilit̃ facta. Ait. n. ſapientia
ꝓv̊. zo. Honor. n. ẽ viro ſi ſepauerit ſe
a cõtẽtiõib⁹. Et Iac. 4° ca°. ait. Vbi. n.
zelus ⁊ cõtẽtio ibi ĩcõſtãtia ⁊ oẽ op⁹
prauũ. Sȝ q̃rit̃ vtꝝ liceat ĩ diſputa-
tiõe cõtẽdẽ. Ad h̄ r̃ndet̃ ſm Alex. ĩ
ſecũda pte ſũme ſue ĩ tractatu d̃ ꝯtẽ-
tiõe. et Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. z. ĩ tractatu
de diuiſiõib⁹ pcti ĩ illa diuiſiõe q̃ ẽ in
pctm̃ oris. arti. z°. ꝙ cõtẽdẽ ĩ diſputa-
tiõe dupl̃r põt ĩtelligi. P̊ mõ ꝙ cõtẽ-
dere idẽ ſit ꝙ certare ꝓ veritate. Et ſic
licitũ ẽ in caſu aliquo in diſputatione
cõtẽdẽ maxĩe cũ hereticĩ. z° mõ ĩ di-
ſputatione cõtẽdere põt intelligi idẽ
eſſẽ ꝙ veritatẽ ĩpugnare ⁊ cũ intẽtiõe
vĩcẽdi quo mõ cõtẽdũt h̃etici. ⁊ h̄ nõ
licet. Vñ nõndũ ad maiorẽ expſſiõȝ
ꝙ triplicit̃ ẽ contẽtio vitioſa. ⁊ talis ẽ
multũ euitanda. P̊ qa ꝯ ſciẽ verita-
tẽ. z° qa ꝯ modeſtie cõgruitatẽ. 3°
ꝓpt mãe ĩutilitatẽ. P̊ dico ꝙ ꝯtẽtio
eſt mala ⁊ peſſima qñ. s. ẽ ĩpugnatio
veritatis aduertẽt̃ ⁊ mõ ĩordinato ⁊
cũ clamore. ⁊ h̄ ẽ pctm̃ mortale ſm di-
ctos doc. Vñ ⁊ apl̃s ponit cõtẽtiones
int̃ opa carnis ad Gal. 5°. di. ꝙ qui ta-
lia agũt regnũ dei nõ cõſequent̃. Qd̃
dȝ intelligi de reb⁹ ĩportantie ut q̃ pti
nent ad fidẽ ⁊ bonos mores. uel deter
minata p eccl̃iam uel ptinẽtia ad doc-
trinas vtiles uel alia nõbilia. Nã con-
tẽtio q̃ fit int̃ pueros ⁊ ꝯ veritatẽ nõ
vr̃ mortale. tñ dȝ multũ vitari. z° di-
co ꝙ cõtẽtio ẽ etiã vitioſa qñ etiã fie-
ret ꝓ veritate ſ modo ĩordinato ⁊ in-
debito. ⁊ tunc videt̃ veniale pctm̃ ſm
Tho. vbi ſ. niſi forte tãta inordinatio
fiat ĩ cõtẽdendo ꝙ nõbilit̃ ſequat̃ ſcã-
dalum alioꝝ qa poſſet eẽ mortale. Vñ
apl̃s p⁹ q̃ȝ dixit. Noli cõtẽdere v̊bis. z
Thimot. z°. ſubdit cãm. Ad nihil. n.
vtile ẽ niſi ad ſubuerſionẽ audiẽtiũ.
Subuerſio aũt ſcãdalũ nõbile ĩportat
Sȝ ſi fiat cõtẽtio ad ĩpugnãdũ falſita-
tẽ debito mõ. h̄ ut dictũ ẽ laudabile ẽ
Vñ glo. ſup illud. i. Regũ. 14°. Accidit
ut quadã die ꝛc. dic. Catholici ꝯ here-
ticos cõtẽtiões nõ cõmoueãt niſi p̊us
ad certamen cõuocẽtur. In q̊ tñ cauẽ-
dũ ẽ ut nõ ponãt ſe ad contẽdẽdũ cũ
iudeis uel hereticĩ niſi bñ periti ne fi-
dei doctrina ꝯfuſiõi pateat ſi neſcirẽt
ſufficient̃ r̃ndere obiectis. Inſup etiã
nec corã indoctis ⁊ ſimplicib⁹ q̊rũ fi-
des tãto firmior ẽ ĩ eis quãto min⁹ cõ
trarietatĩ aliqd audierũt. Audiẽtes. n
ꝯtria his q̃ tenent mẽte incipiũt vacil-
lare. 3° cõtẽtio ẽ vitioſa ꝓpt mãe in-
utilitatẽ. ut cũ fiũt cõtẽtiões d̃ rebus
nullius vtilitatis vtꝝ ſic uel alit̃ ſint.
Vñ aplus. i. Thimot. 6°. Si qs aliter

docet ⁊ nõ acqeſcit ſanis ſmõib⁹ Ihu
xp̃i. ⁊ ei q̃ ſm pietatẽ ẽ doctrine: ſup-
bus ẽ. nihil ſciẽs ſ; lãguẽs circa q̃ões
⁊ pugnas v̂boꝝ. ex q̃b⁹ oriũtur ĩuidie
ꝯtẽtiões. blaſphemie. ſuſpitiões ma-
le. ꝯflictatiões hoĩu3 mẽte corruptoꝝ
Vñ dic glo. ſup illud. Languens circa
pugnas v̂boꝝ. i. ĩexpedit⁹ ad ſoluẽdũ
eas lãguẽs. ait. Nõ. n. recuſando fidẽ
penit⁹ morit̃ ⁊ ad v̂itatis ſciam cõua-
leſcit. ſ; q̃i repẽtinis acceſſiõib⁹ lãguet
circa q̃ões. Secũda ẽ ꝯtẽtio litiga-
toria. s. cũ aliq̃s ĩ iudicio cõtendit ut
hẽat bõa ſua. S3 forte q̃res vtꝝ aliq̃s
poſſit ad h̃ ꝙ rehabeat bona ſua ꝯten-
dẽ cũ alio ĩ iudicio ſine pctõ. Rñdet̃
ſm Alex. vbi s̃. ꝙ ꝯtẽtio uel importat
diſcordiã uel ꝯtrouerſiam. p̊. n. ꝓut
cõtẽtio ĩportat diſcordiã q̃ ẽ gnãtiua
odij ⁊ ſcãdali. nõ ẽ licitũ viris pfectis
in iudicio ꝯtendẽ. ut pat3. 14. q. i. epũs
Vñ Math. 5°. dr̃. Ei q vult in iudicio
ꝯtẽdẽ tecũ ⁊ tunicã tollẽ. dimitte ei ⁊
palliũ. Vñ ap̃ls rephẽdit Corinthios
q ĩ iudicio ad ĩuicẽ contẽdebãt. di. i.
Cor. 6°. Cõtẽdit q̃s ĩ iudicio cũ fratre
ſuo. s. h̃ modo q̃d nõ licet. Vñ Greg⁹
dic. Dũ ꝓ trena re pax a corde cũ ꝓxi-
mo ſcindit̃. apparet ꝙ pl⁹ res q̃3 ꝓxim⁹
amat̃. Hoc g̊ mõ nõ ẽ licitũ ſua repetẽ
cũ ĩtentione litigioſa. Et ſic põt expo-
ni illud ap̃li. i. Cor. 6°. Secularia iudi-
cia ſi habetĩ. s. h̃ mõ oĩo pctm̃ ẽ ĩ vob̃.
2° mõ ꝯtẽtio põt accipi ꝓut ĩportat
ꝯtrouerſiã q̃ etiã aliq̃n fit cũ cã debita
⁊ ſic exñte cã debita licitũ ẽ ĩ dicto iu-
dicio ꝯtendẽ ⁊ ſua repetẽ. Vñ Grego⁹
dic. Nõ ſolũ cura eẽ d3 ne nr̃a ſubtra-
hãt̃ ſ; ne rapiãt̃. nõ ſua ſemetipſos p-
dãt. Veꝝ ꝯſiderãdo ꝙ ĩ h⁹mõi ꝯten-
tionib⁹ fiũt multa pctã ex vtraq3 pte
mendacia. s. piuria. odia. contumelie

fraudes ⁊ alia: forte eẽt meli⁹ talia di-
mittẽ q̃3 tot picul̃ ſe exponẽ. ⁊ p̃cipue
q̃ñ litigia ſũt intricata ⁊ iudices ſunt
cupiditati nõ veritati dediti. vel cũ al
tera pte ꝯponẽ etiã diminuẽdo de iu-
re ſuo. q̃a vari⁹ euẽt⁹ belli cãꝝ ⁊ expẽ-
ſe multe. Vñ et. 2. q. 5. c. ſi pmates. dr̃
ꝙ iudex d3 laborare ad cõcordiã ptiũ
⁊ d3 litigãtes cõciliare. ff. de offi. pſi. l.
illicitas. Deb3 etiã obſuari modeſtia
ĩ litigijs. Vñ dr̃. 5. q. 4. c. in loco. ꝙ q̃c-
q̃d aut ꝯſedẽtiũ conſultationib⁹ agit̃
aut ab accuſantiũ pte ꝓponit̃: ſic deb3
mitiſſima v̂boꝝ relatiõe referri ut nec
ꝯtẽtioſis vocib⁹ ſenſus audiẽtiũ tur-
bet. i. clamoſus. nec iudicij vigorẽ de
tumultu eneruet. Tertia eſt ꝯtentio
oſtentatoria q̃ ꝓcedit ex inuidia quã
hñt ad ĩuicẽ aliq̃ erga ſuos p̃ncipes. i.
doctores. Nã cũ videt doctorẽ aliorũ
magĩ laudari ⁊ ĩ opiniõe magĩ q̃3 ſuũ
ĩuidẽt ⁊ ꝯtẽdut ꝯ̃ laudãtes alios. Ta-
lis ꝯtẽtio fuit ĩ Corinthis cõuerſis ad
fidẽ a Paulo. Vñ eos redarguẽs ait. i.
Cor. p̊. Cõtẽtiones ſũt ĩ vob̃. hoc aũt
dico q̃d vnuſq̃ſq3 dicit: Ego ſũ cephe
i. Petri. Ego ãt Pauli. Ego v̂o appollo
Nũq̃d diuiſus ẽ xp̃s. Et ĩ 3° ca°. Cũ ſit
int̃ vos çelus ⁊ ꝯtẽtio. i. ĩuidia ex qua
ꝓcedit cõtẽtio: nõne carnales eſtis. i.
ſenſuales ⁊ beſtiales? Exiſtĩabãt ta-
les ꝙ qui a meliori ⁊ maiori ſcõ fuerit
baptiçatus ille maiorẽ grãm cõſecut⁹
fuerit q̃a ipſi hoĩes daret grãm ut xp̃s
Et ſic q hẽbãt affectionẽ ad ap̃lm eũ
magĩ cõmẽdabãt ꝯ̃ baptiçatos uel cõ-
uerſos ab alijs tãq̃3 a nõ ita ſcis hoĩb⁹
⁊ nõ tãtã ꝯferẽtib⁹ grãm. ĩuidebãtq3
ĩuicẽ. S3 magn⁹ error iſte erat. q̃a ho-
mines nõ ſũt collatores ſacramẽtales
ſ; xp̃s. Et ſic errabãt ĩ inuio ⁊ nõ ĩ via
ĩcedẽtes v̂itat̃. Et iõ Paul⁹ reduxit.

Sic ⁊ diſcipuli Iohis baptiſte exiſtimantes Iohānē mgrm ſuū maiorem xpo. cū pleſ videret ocurrē ad ſeqlā xpi ⁊ doctrinā qui īuidētes ſibi h ſignificauerūt. Et forte de h aliqn otendebāt ꝙ maior eēt mgr eoꝝ. ⁊ iō potius deberēt ſeq. Sꝫ tales eos eduxit de tali iuio cū miſit duos diſcipulos ſuos di. Tu es q vētur9 es ⁊c. Math. xi°. vt. s. videtes miracula ei9 agnoſcerēt ⁊ crederēt verū meſſiā ⁊ ſibi magl adhererent ut dic Criſo9. Sic q̊tidie cōtēdūt qdā de p̄dicatoribus de doctoribꝫ de ſcis fundatoribꝫ religionū ⁊c. ⁊ fatue ſūt h9mōi cōtētiōes. ⁊ nil niſi errorē gnānt ⁊ diſcordiā. Legit. n. ꝙ duo doctores qꝝ vnus hēbat ī magnā deuotiōꝫ Iohem baptiſtā ali9 Iohem euāgeliſtā. Propt h diſputationē īierūt. ſ nocte pcedente diē aſſigtā diſputatiōis Iohes baptiſta ſuo deuoto apparuit. ⁊ Iohes euāgeliſtā ſuo. reuelantes ꝙ ipſi diſputationē talē dimitterēt. qa ipſi bene erāt cōcordes ī celis. Nā ⁊ cōtēdentes de reductiōe Dauid in regnū ſuū. tribus iſrl cū tribu iuda ſe diuiſerūt. qa ṽba dura ad īuicē habuerūt. z. Regl. 19°. Et alia multa poſſent adduci que cā breuitatis omitto. Patꝫ igit ps ſecūda h9 ſermōis.

Pars t̄tia hui9 ſmōis. ī q̄ declarat qn̄ cōtentio eſt culpabilis ⁊ laudabilis.

Tertio in iſto ſermōe circa cōtentiōis offenſionē iam pꝫ ex p̄cedētibꝫ qd dicēdū ſit. Triplex. n. ē otentio. s. vitupabil. laudabilis ⁊ mortalis. p̄. n. cōtentio ē vitupabilis qn̄ excedit metā pſonarū ⁊ negocioꝝ. uel ꝑut ē īpugtio falſitatis ſ modo īdebito ⁊ īordinato. z° contentio ē laudabilis ꝑut contētio ē impugnatio falſitatis ſ modo debito ⁊ ordinato ſine alioꝝ maxime puſilloꝝ ſcandalo. 3° cōtētio ē mortalis duobus modis. p̄. n. contentio ꝑut īportat īpugtionē veritatis ⁊ modo īdebito eſt pctm̄ mortale. z° mō cōtentio ꝑut īportat īpugtionē falſitatis. s. mō indebito uel īordinato. h eſt qn̄ gnāt ſcandalū alioꝝ eſt pctm̄ mortale. Patent iſta ex cōſideratiōe p̄cedēti. Sꝫ ad maiorē iſti9 mãe expſſiōꝫ tres concluſiōes ānotāt. quaꝝ Prima ē ꝙ cū aliis litigare. i. ī dictis uel ī factis aliquē otriſtare. aliqn̄ eſt vitioſū. aliqn̄ eſt ṽtuoſū. p̄ ē vitioſū ex tribꝫ cauſis. Prima eſt ex ꝑmptitudine animi ad otēdendū. s. cū aliqs eſt ſpꝑmptus ⁊ parat9 ad otēdendū. Secūda ex ītētiōe aī. s. cū aliqs nihil aliud intendit niſi odicē. Tertia ē ex delectatiōe. s. cū aliqs ī ipa odictiōe delectat Hec tria ſimul Iſidor9 ī li° ethimologiaꝝ pōit dicēs. Rixoſus ul litigioſus eſt a ritu canino dict9. ſp. n. ad odicēdū paratus ē ⁊ iurgio delectat ⁊ puocat cōtēdentē. In qbꝫ ṽbis tāgit p̄dicta tria ſm Tho. ſcda ſcde. q. 41. arti. p̄. z° cōtriſtare aliquē ī dictis ⁊ factis qn̄q ē ṽtuoſū. otriſtare. s. eos qbꝫ cōuiuit. ut dic phus 4° ethicoꝝ. Vn̄ ⁊ aplus dic. z. Cor. 7°. Si cōtriſtaui eos in epl'a nō me penitet. Et ſubdit cām quare cōtriſtauit eos di. Gaudeo nō quia contriſtati eſtis ſed quia contriſtati eſtis ad penitētiā. Et ideo his q ꝑni ſūt ad peccādū nō debem9 hilarē vultū oñdē ad eos delectādum ne videamur eoꝝ cōſentire pctō ⁊ quodāmō pctī mām miſtrare. Vn̄ dr Eccl. 7°. Filie tibi ſunt ſerua corpus illaꝝ ⁊ ne oñ das hilarem faciē tuam ad illas. Iſtis. n. duobꝫ modis uel ſuper h duo q ſuis ṽbis uel factis cōtriſtat aliū nō dr litigiare. ſm Tho. ſcda ſcde. q. 114.

atti.7°. Et ſic patꝫ ꝑma ɔc̄ꝰ. Secūda ɔc̄ꝰ eſt ꝙ litigiū ē ḡuius pctm̄ adulatiōe. Ad cuiꝰ declaratiōeꝫ nōndū ſꝫm Tho.ſc̄da ſc̄de.q.116.atti.2°.ꝙ iſta duo pctā ɔ̄tria.s.litigiū ⁊ adulatio pn̄t cō ſiderari dupliciter.ſ.extrinſece ex p̄te ſui motiui.⁊ intrinſece ex p̄te ſpeciei. P̊.n.conſiderādo ſp̄em vtriuſqꝫ pcti dico ꝙ litigiū ē ḡuiꝰ pctm̄ q̄ꝫ adulatio qḋ tali ratiōe oſtendo. Tanto aliqḋ pctm̄ ē ḡuiꝰ quāto magꝭ oppoſite v̊tuti repugn̄t.ſꝫ litigiū magꝭ opponit̄ v̊tuti affabilitatis uel amicitie. Cuiꝰ rō ē qa cū v̊tus amicitie ꝑncipalius tēdat ad delectādū: litigioſus q ſupḃabūdat ī cōtriſtādo ḡuiꝰ peccat q̄ꝫ placidꝰ ⁊ adulator q ſupḃabūdat ī delectando. 2° ɔſiderādo h̄ duo ex p̄te motiui ſe hn̄t ī ḡuitate pcti ſicut excedentia ⁊ exceſſa. Qn̄qꝫ.n.placidꝰ uel adulator ḡuiꝰ peccat q̄ꝫ litigioſus duplici ratiōe. P̊ ex p̄te fraudis inq̄ꝫtū adulator intendit decip̄e. Et formo ſic rationē. Magꝭ peccat q peccat cū dolo q̄ꝫ q peccat ſine dolo.ſꝫ ī adulatiōe videt̄ eē q̄dā doloſitas.qa adulator aliud dicit ore·aliud hꝫ ī corde.litigioſus aūt caret dolo·qa manifeſte dicit. Ille aūt q cū dolo peccat turpior ē·ut dic̄ phs 7° ethicoꝝ.g̊ q̄ꝫtū ad h̄ adulatio ē grauiꝰ pctm̄ litigio. Secūda rō ē ex p̄te finis·inq̄ꝫtū ꝑ adulationem adulator uel intēdit indebite honorē uel lucrū acq̄rē·ul̄ ꝑ adulationē ad peccādū inducē·qḋ ḡuiꝰ ē litigio. Qn̄qꝫ v̊o dico ꝙ litigioſus ḡuiꝰ peccat q̄ꝫ placidꝰ uel adulator.qḋ ꝓbo duplici rōne. Prima ē ex p̄te modi peccādi·ſic. Ceteris paribꝫ grauiꝰ pctm̄ ē nocē alicui manifeſte q̄ꝫ ꝑ violētiā q̄ꝫ occulte. Vn̄ rapina ḡuiꝰ pctm̄ ē q̄ꝫ furtū.ſꝫ litigioſꝰ intēdit nocē manifeſte ſuis v̊bis aliū ɔtriſtādo.placidꝰ v̊o occulte aliū decipiendo.g̊ ꝛc. Secūda rō eſt ex p̄te animi·ſic. Tanto pctm̄ ē ḡuiꝰ quāto ex maiori cōtēptu ꝓcedit.ſꝫ litigiū ex maiori ɔtēptu ꝓcedit qa fit maīfeſte q̄ꝫ adulatio q̄ fit doloſe ⁊ occulte.g̊ ꝛc.

ex qbꝫ pctīs iraſcitᷓ deꝰ ut ait Lactātiꝰ
in li°. de ira dei. ca°. 17°. di. Fuge ſcelera-
tas religiones ⁊ viuo deo ſui. ab adul-
terio te abſtine. ⁊ maſculi cōmixtione
praua. ꝓpriā gnātionē crea. ⁊ ne occi-
das. Hīs. n. deꝰ īmortalis iraſcitᷓ qui h̄

agũt.ħ ibi ꝛc. In Auten.ut nõ luxu-
riẽtur contra naturã.coll.6.ſic dicit.
Quia oẽ nob ſtudiũ ẽ ⁊ oratio ut cre-
diti nobis a dño deo bene viuãt ⁊ ei⁹
inueniãt placationem.qm̃ ⁊ dei miã
nõ pditionẽ ſꝫ ↄuerſionẽ ⁊ ſalutẽ vult
⁊ delinquentes qui corrigunt ſuſcipit
deus.ppt qd oẽs inuitam⁹ dei timorẽ
⁊ ſenſib accipe ⁊ inuocare ei⁹ placa-
tionẽ.⁊ nouim⁹ qa oẽs q deũ diligũt
⁊ eius miam ſuſtinent ħ faciũt. Igit
qm̃ qdã diabolica inſtigatiõe ↄphẽſi
⁊ grauiſſimis luxuriis ſemetipſos in-
ſeruere.⁊ ipſi nãe ↄtraria agũt.⁊ iſtis
iniũgem⁹ ĩ ſenſib dei timorẽ ⁊ futuꝝ
iudiciũ accipe.⁊ abſtinẽ ab hui⁹mõi
diabolicis ⁊ illicid luxuriis.ut nõ ppt
hui⁹mõi ipſos act⁹ ab ira dei ĩueniãt
⁊ ciuitates cũ habitatorib peãt. Do-
cemur.n.a diuinis ſcripturis qa ex hu-
iuſmõi ipĩs actib ⁊ ciuitates cũ hoĩ-
bus pariter perierũt.Et qm̃ ꝛc.Et.ĩ.
Propter talia.n.delicta fames terremo-
tus.⁊ peſtilentie fiũt.ħ ibi. Ita ſimilit
ponit glo.ſup.c.in eo fornicator.32.
q.4.ꝛc. Vñ et.56.diſ.c.ſi gens.dicit.
Si gens anglorũ ſicut p iſtas puinci-
as diuulgatũ eſt ⁊ nobis in Francia ⁊
in Italia ĩpperat.⁊ nobis ab ipſis pa-
ganis ĩpperiũ obiicit.ſpretis legalib
cõnubiis adulterãdo ⁊ luxuriãdo ad
inſtar ſodomitice gẽtis fedã vitã du-
xerit.Et.ĩ.Donec iudex taliũ criminũ
vltrices penas p ignorantiã legis dei ⁊
p ſarracenos venire ⁊ ſeuire pmiſit.
ħ ibi. 3° ꝙ ħ vitiũ irã dei ⁊ indigna-
tionẽ puocet pbat exẽplaritate.Nã
Geñ.6° dixit deus ad Noe.Finis vni-
uerſe carnis venit corã me.Repleta
eſt tra iniqtate a facie eoꝝ.⁊ ego diſp-
dam eos cũ tra ꝛc.Et induxit aquas
diluuii ⁊ remanſerũt tm̃ octo aĩe.Et
etiã tra ſubmerſa eſt aqs.qa cõtami-
nata erat ħ vitio.Nam ut dicit magi-
ſter hiſtoriarũ ſcolaſticaꝝ ut dictũ eſt
ſ.mulieres ſupgrediebãt viros. Re-
linq irã dei q demõſtrata ẽ ĩ ſubmer-
ſione ſodome ⁊ aliarũ ciuitatũ.de qb
dicet.ĩ.ꝛc. Ad exẽplũ referã qd eue-
nit fratri Jacobo de Marchia ĩ ciuitate
Aſculana qd ipſe ore ꝓprio mihi retu-
lit.s.ꝙ ſodomita qdã deſponſauerat
quendã adoleſcẽtulũ ⁊ dederat ei an-
nulũ q creſcente digiti carne non po-
terat euelli. Quid plura? Ductus eſt
adoleſcens ad frẽm Jacobũ ⁊ plorãs
narrauit ei.q gra dei abſq; vllo dolore
extraxit ãnulũ de manib.⁊ poſtea in
publicũ in pdicatiõe mõſtrauit.tan-
dem in aere piecit di.O de⁹ accipe cõ-
fuſionẽ fidei tue.⁊ nũq; ampli⁹ ab ali-
quo viuente eſt recept⁹.O tremenda
indignatio dei ſup ħ horrẽdũ ſcelus:
qs eã explicare poterit? Nam legit
etiã in ſũma d ſeptẽ donis.ꝙ fuit qdã
pmot⁹ ad ſacerdotiũ q pre verecũdia
diſpoſuit vitare mulieres ⁊ cepit oc-
culte cõmittere peccatũ mollitiei.⁊ ſic
pre verecũdia pollutus ꝯnãm nõ cõ-
fitebat.⁊ tñ accedebat ad celebrãdũ.
ſed ſecuta eſt diuina vltio in mẽbris
pudẽdis.que primo ei intumuerũt ⁊
putruerunt ⁊ ſanie ⁊ fetore mirabili
effluẽte ſuccenſa ſunt ⁊ denigrata ſũt
ſicut carbones. Scribitur etiam ibi ꝙ
quidã terremotus factus eſt in Tyro.⁊
domus multe ſubito corruerũt de no-
cte ſubuerſe in aq.in qua ſubuerſiõe
ĩuente ſunt multe pſone oppreſſe put
erant ĩ actu illo abuſionis ĩuente diſ-
poſite ut ppt ħ pateret ꝙ illa ſubuer-
ſio ppt hoc vitiũ fiebat. Quid multa?
Quis.n.nõ aduertit tanta mala ĩ Ita-
lia.tot peſtes ppt hoc ſcelus crudelit
eueniſſe.tot fames.tot deniq; terremo-
tus.cariſtie.guerre.deſtructiões ppt
hanc iniqtatẽ incurriſſe.Nõne in Ita-
lia in regno Sicilie noſtris tẽporibus

facti ſunt ťremot9. ruere vrbes · palla-
tia · eccľie · caſtra · opp̄ſſe ⁊ mortue ĩnu
merabiles pſone. Et vnde h̄ niſi ꝑpť
vitiū ſodomiticū! Audiui. n. ꝙ tēpore
ťremotus in Neapolitana ciuitate fe-
mine ibant flētes ⁊ vociferātes: ꝑpť
pctm̄ ſodomie iſta patimur. ꝑpť hoc
ſcelus tm̄ iſta euenerūt · Legiť iteꝝ in
hiſtoria Britonū ꝙ tēpore Saul ĩ Bri
tania maiore regnabat Rex noĩe Me-
pretiꝰ qui cū relicta vxore · vitio vaca-
ret ſodomie. cū quadā die venaretur
miſit dn̄s multitudinem lupoꝝ rapi-
dorū qui ĩ eū irruentes miſerabiliter
dilaniauerūt. Si h̄ vitiū ſic punit deꝰ
in hoĩbꝰ q non nouerūt xp̄m · quātū
puniendū eſt in xp̄ianis q tot xp̄i ſa-
cramenta ⁊ beneficia receperunt. Et
ſic pꝫ ſecūda ratio qualiter deteſtādū
ē h̄ pctm̄. Nam etiā habeť ꝙ dux ex-
ercitus Romanoꝝ turpiſſime in tem-
plo deoꝝ cōmiſit hoc ſcelus tp̄e Hani-
balis apud Cānas. ꝑpterea Romani
ignominioſe deuicti ſunt. Et ſic patet
pars p̄ma huiꝰ ſmonis.

¶ Pars ſecunda huiꝰ ſmōis. ĩ qua ꝓbať
vitiū ꝯtra nām eſſe deteſtandū rōne
corruptionis ⁊ cōtaminatiōis.

SEcundo igiť in iſto ſermone
ꝓbať vitiū cōtra nām eſſe de-
teſtādū alia rōne ꝯbinata. s.
corruptionis ⁊ cōtaminatiōis. p̊ di-
co ꝓbať rōne corruptionis. qa. s. cor-
rūpuntur aures audientiū · mentes fi
lioꝝ. ⁊ aer ⁊ locus patriaꝝ. p̊ dico ꝙ
corrūpunť ex hoc vitio aures audien-
tiū. Vñ Job. 31°. Nephas ē ⁊ iniqtas
maxima. Dicit quidē. nephas. i. pctm̄
non fandū · non nominandū. qa ſolo
eius ſmone inficiť aer: ⁊ os dicentis ⁊
aures audientis polluūť · ſicut Jeroꝰ.
ait ⁊ Gratianꝰ. 32. q. 4. c. in eo. clare de-
ſcribit. Proinde ſodomia interp̄tať

muta. cū nec nominanda ſit · iuxͣ illud
apľi ad Eph. 5°. Omnis ĩmūditia nec
nomineť ĩ vobis. g̊ ⁊c. 2° dico ꝙ cor-
rūpunť ex h̄ vitio mentes filiorū. qa
cū parentes ſint h̄ vitio maculati · ex-
emplū vtiqꝫ maluꝫ relinquunt filijs.
ꝑpter qđ ⁊ ipſi qn̄qꝫ multo peiora ⁊
ſceleratiora cōmittūt ipſis patribus.
De quibꝰ Yſa. 50. ca°. dic. Ecce vos. s.
ꝓgenitores. accendentes ignē. s. luxu-
rie ĩ filijs veſtris veſtro malo exem-
plo. accincti flāmis. s. huius ſceleris.
Et Jere. 7°. ca°. dicit. Filij colligūt ligna
⁊ patres ſuccendunt ignē. ⁊ mulieres
ꝯſpergunt adipē ut faciant placentas
regine celi ⁊ libēt dijs alienis ⁊ me ad
iracundiā ꝓuocent. Quid g̊ eſt filios
colligere lingna niſi malis ſocietatibꝰ
vanitatibꝰ ⁊ guloſitatibꝰ atqꝫ ſimilibꝰ
prebere que velut ligna ad ignē tanti
ac talis ſceleris ſūt incentiua. Et quid
ē patrē ignē ſuccēdere niſi filios ꝑpť
hoc non caſtigare · ſ; potius exemplo
malo eos ad tale facinus ꝓuocare. Et
quid eſt mulieres adipē cōſpergē niſi
filios ſupfluis diuitijs effeminatos fa
cere. ⁊ ſic omnes faciunt placentas. i.
filios placētes regine celi. s. huic ini-
quitati. que regina diciť · qa oĩa mala
ſupat. ⁊ admodū celi deū ⁊ ſanctos ⁊
oĩa bona celat. qa talis iniqtas oculos
mentis excecat ⁊ eos libat dijs alienis. i.
demonibꝰ. qa tot ſaltē gomorrei filios
demonibꝰ libant. q̊t filios ex h̄ ſcelere
pdūt. Vñ de eis verificať qđ ꝓpħa di-
cit. Immolauerūt demonibꝰ ⁊ nō deo
qa filios genuerūt ad honorē diaboli
⁊ nō dei. Ex qbꝰ oĩbꝰ deus ad iracun-
diā ꝓuocať. Vñ ſeqť. Ideo hec dicit
dn̄s deꝰ. Ecce furor meus ⁊ ĩdignatio
mea conflať ſup locū iſtū · ſup viros: ⁊
ſup iumēta: ⁊ ſup lignū regiōis: ⁊ ſup
fruges ťre. ſuccēdeť ⁊ nō extingueť ⁊c.

3° dico ꝙ corrūpūt̄ ꝓpt̄ hoc vitiū aer
7 loca patriarū. Audiui.n.expertū eē
ꝙ ī loco vbi loquūt̄ hoīes de h̄ pctō:
illo die non cadit ros. Nam non solū
exemplo parentū corrūpunt̄ filij 7 fi-
lie·sed exemplo oīuȝ ɔtaminat̄ pr̄ia.
Vn̄ tolerabilior esset latro in vna pa-
tria q̄ȝ vn⁹ sodomita. qa cū infecta est
pr̄ia oīb⁹ vitijs q̄i p̄ualet ista malitia.
Id circo ꝓpħa etiā ad hunc sensū ait.
Errauerunt.s.sodomite·ab vtero.i.a
pr̄ia. qa vterus hoīuȝ patria dici pōt.
Vn̄ Lucan⁹. Corduba me genuit. Et
Virgili⁹ ait. Mātua me genuit. Quā-
ti aūt sit piculi īfecta pr̄ia. Gen̄.19°. de-
mōstrat̄. vbi habet̄ ꝙ pdidit dn̄s pa-
triā illā sodomoꝝ 7 gomorreoꝝ sicut
dicet̄ diffusi⁹ inferius. Et vxor Loth
p⁹ se respiciens v̄sus patriā illā· versa
est in statuā salis. Et sic pȝ p̄ma ratio.
2° detestandū ē h̄ vitiū rōne ɔtami-
natiōis v̄boꝝ.s.inhonestorū ꝓlatorū
ꝓpt̄ h̄ scel⁹. Nam si v̄ba gomorreorū
cōsiderant̄· non solūmodo īueniūtur
turpia·s̄ 7 corruptione fraudulenta. 7
neqtia plena. Qd̄ intelligens aplus 7
euāgelista Johes. Apoc.9°.ca°. dic. De
ore ipsoꝝ ꝓcedebat ignis·fum⁹ 7 sul-
phur. In qb⁹ v̄bis ōndit̄ ꝙ gomorrea-
ni triplici genere verboꝝ conāt̄ frau-
dulēt̄ fragilitatē psonaꝝ decipe. Pri-
mū genus v̄borū quo gomorrei vtūt̄
ad seducēdū alios·ē adulationū. qb⁹
nitunt̄ psonas ad h̄ innoīabile scelus
inducere. Iō Johes ait ꝙ ab ore eorū
ꝓcedebat ignis. cū taliū s̄mo sit ignit⁹
adulationib⁹ plen⁹ ad ɔbustionē fra-
gilis iuuētud. Vn̄ Job.31°.ca°. dr̄. Ignis
est vsq̄ȝ ad perditionē deuorans. 7 oīa
eradicans germina. qa.s.eradicat oīa
germina castitad 7 pudicitie a qbus-
cūq̄ȝ personis. 7 precipue a iuuenib⁹.
s̄m illud ꝓpħe. Iuuenes eorū come-

dit ignis. 7 v̄gines eoꝝ nō sūt lamen-
tate. qd̄ ē malū signū. Et iō attestāte
Salomōe ꝓv̄.p̄. Fili mi si te lactaue-
rint pctōres·ne acqescas eis. Et iterū
Fili mi ne ābules cū eis. Prohibe pe-
des tuos a semid eoꝝ. Pedes.n.illoꝝ
ad malū currūt.s.tāti sceleris. Secū-
dū genus v̄boꝝ q̄ vtunt̄ gomorrei ad
psonarū seductionē·est ꝓmissionū.
Promittunt.n.vestes denarios 7 alia
iocalia. q̄ lȝ qn̄q̄ȝ dent̄ qd̄ nō fit semp:
cōpatione tn̄ tanti sceleris fum⁹ sūt.i.
vana 7 trāsitoria. Et hic ē fumus q de
ore taliū a Johe egredi dicebat̄. Fu-
mus in altū nēpe egredit̄· 7 blauū co-
lorē ꝓfert. 7 oculos fere excecare solet
Sic ꝓfecto taliū v̄ba mentē leuē p ꝓ-
missionē in altū erigūt. 7 blauū colo-
rem p amicitias ostendūt·s̄ tādē sim-
pliciū oculos cecant. 7 eos in ruinā p-
ducūt ⁊c. Tertiū gen⁹ istoꝝ q̄ vtnt̄
gomorrei·ē inhonestationū. Et ideo
ait Johes ꝙ eoꝝ v̄ba fetēt ut sulphur.
Sulphur.n.extra ignē fe et·s̄ in igne
magi. Et ideo ait Johes. Ab his trib⁹
plagis occisa est tertia pars hominū.
Nam licȝ aliq defensent̄. aliq nō ɔsen-
tiendo p̄seruēt̄. non nulli misertimi
oīo corrūpunt̄. Quia ut aplus.i.Cori.
15°.ca°. scribit. Corrūpunt bonos mo-
res colloqa mala. Et nota ꝙ taliter at-
tēptans siue attēptantes non tenent̄
h̄ crimīe s̄ īiuriaꝝ·si nō pfecerūt. ff. de
īiurijs.l.s̄ ē qōnis.§.fi. 7 .l.sequenti.
Et de pe.dis.1.§.si qs. vbi dicit̄. Si qs
tam masculū q̄ȝ feminā siue ingenu-
os siue libertinos impudicos facere
attēptauerit·īiuriaꝝ tenebit̄. Et si sui
pudicitia attēptata sit·iiuriaꝝ locū ha
bet. Attēptari pudicitia dr̄·cū id agit̄
ut ex pudico īpudicus fiat. h̄ ibi. Hoc
idē. ff. d̄ suo cor.l.i.§. vld. C. d̄ furt.l.
si qs suo. Etiā talit̄ attēptātes·ī īsulā

deportant᷑.ff.de ex̄oꝛ.cri.l.i.§.Qui puero ſtupꝝ abducto uł coꝛꝛupto comite pſuaſerit·aut mulierem aut puellā int̄pellauerit·quid de impudicitie grā fecerit·uel domū ꝓbuerit·ꝑciū ve q̄ id pſuaderet dederit·pfecto flagitio punit᷑ capite·īpfecto vo ī īſulā deportat᷑. hibi. Et ſic patet ſecūda ratio.pateteꝫ pars ſecunda huiꝰ ſermonis.

¶Pars tertia huiꝰ ſermonis.ī qua ꝓbat᷑ vitiū contra naturam eſſe deteſtandū rōne infatuatiōis.⁊ ꝓpꝛie adīuētiōis.

TErtio in iſto ſmone deteſtādū eſt hoc vitiū ꝑ rōne infatuationis. Nullū enī vitiū repit᷑ in mūdo qđ hoīuꝫ ita mentē inſaniat·ſicut hꝰ ſcelus opari dignoſcit᷑. Cuiꝰ rō eſt ſm Alex.de ales.qa hꝰ peccatū pꝛe oībus alijs aufert iudiciū rationis ⁊ vſū. Pꝛoinde gomoꝛꝛea cecitas interp̄tat᷑. Et iō Jeroꝰ liº.ꝑ.contra Jouinianū talit᷑ inqt. Amoꝛ foꝛme rationis obliuio ē.⁊ inſanie ꝓximꝰ. Et licꝫ de q̄libet inſania carnali ītelligat᷑. de hꝰ tñ ſcelere tanto ꝓpꝛiꝰ habet ītelligi·quāto ꝑ ceteris aufert iudiciū ratiōs. Vñ ſodomita glibꝫ illud Ezech. dicē pōt.23º.caº. Foꝛnicata ē Oolla ſup me.s.luxurie.⁊ inſaniuit menſ mea in amatoꝛes ſuos. Et bene dixit in amatoꝛes ſuos.⁊ non in amatrices.qm̄ tūc magis ɔtra naturā pctm̄ facit inſanire qñ relicto oīo mulieribꝫ maſculos vitupare delectāt᷑. De qbꝫ ꝓpha ps.57º. ait. Alienati ſunt peccatoꝛes a vulua. Et iō dicit alienati.qa ꝓpt hꝰ vitiū ad amētiā inſaniā fatuitatēqꝫ deueniūt. Pctōꝛes ꝑ āthonomiā ſodomitas appellat·qui a vulua recedūt. Fiūt aūt ſodomite ceci q̄ ad tria. ꝑ quo ad icōſiderationē moꝛtis.quia efficiunt᷑ ſic ſtulti ꝙ nō credunt ſe moꝛi debere.qa ſi ſic crederent·a talibus abſtinerent.

qa iuxta Jero. Facile contēnit oīa q ſe ſemꝑ cogitat moꝛiturū. 2º q̄ ad īcredulitatē celeſtiū ſupnoꝛū.qa ſi crederēt·a talibꝫ ſe ꝓꝛſus abſtinerēt.qa ſm Gregoꝛ. Qui celeſtis vite dulcedinem inq̄ꝫtū ptās admittit pfecte cognouerit·ea que in t̄ris amauerit cūcta libēter derelinqt ⁊c. 3º quo ad īconſiderationē pene et̄ne.qa non credūt eſſe aliū mūdū q̄ꝫ iſtū q̄re nolūt dimitere delectationes ſuas. De iſtis loqt᷑ Lac. liº.7º.diuinaꝝ inſtit.aduerſus gētes·di. Jnterim neceſſariū puto admonē lecturos ꝙ hec nr̄a que tradimꝰ praue vitioſeqꝫ mentes oīo non intelligent aut etiā ſi intelligent diſſimulabūt tñ ⁊ hꝰ vera eſſe nollent.qa trahunt᷑ a vitijs·quoꝝ ſuauitate capiunt᷑.⁊ v̄tutis viā deſerūt cuiꝰ acerbitate offendūt᷑.

2º deteſtandū ē hꝰ vitiū rōne ꝓpꝛie adīuentiōis. Ad cuiꝰ rōnis declarationē notāda ſūt tria. ꝑ notandū eſt ꝙ lꝫ multoꝝ vitioꝛū diabolus ſit inuentoꝛ·huius tñ vitij enoꝛmitates erubeſcit. Vñ Eccl.17º.caº.dr̄. Erubeſcent.s. ipſi demones ī via tua ſcelerata. Et iō hꝰ ē cauſa ꝙ cū in vitis ſcōꝝ legat᷑ alijs vitijs etiā luxurie demonē tēptaſſe.⁊ viſibilit᷑ in ſpecie mulieris ſanctis apparuiſſe.nūq̄ꝫ tñ eſt repertū qa de hoc vitio appareēt tēptauerit. 2º eſt notādū ut expꝛeſſe habet᷑ ī cōpendio theologie ꝙ demōes tātū abhoꝛꝛēt hꝰ facinus ꝙ poſtq̄ꝫ cōduxerint hoīem fugiunt.nec poſſunt ſtare vbi ɔmittit᷑ hoc ſcelꝰ. Et hꝰ maligni ſpūs faciūt nō ꝓpt humane nāe īnocētiā ſꝫ ꝓpter nāe ſue nobilitatē⁊ hoꝛꝛibile ſcelus ac fetidū. Et iō euenit illis ſicut illi q cloacā euacuat·q lucrū fetoꝛe nō paruo ɔmutat. 3º notādū ē ꝙ hodie valde mirādū ē qa cū ī oīnis ſcripturꝫ demonioꝝ aliꝰ ſupbie.aliꝰ foꝛnicatiōis.aliꝰ īuidie.aliꝰ

auaritie vocet̃. Nullꝰ ē q ſodomie di-
cat̃. qꝛ p ꝓprias adiuentiones ⁊ ꝓpria
deſideria ſodomite peccant. Qua de re
tanto flagitio indignatus eſt ꝯtra eos
dñs. di. Dimiſi eos ſm̃ deſideria cor-
dis eoꝝ. ibunt in adinuētionibꝫ ſuis.
qꝛ de ſodomitis raro ul' nūq̄ aliqs cō-
uertit̃. ſi ĩ tali vitio aliquātulū pſeue-
rat̃. Cor eiꝰ ſm̃ Job. 41°. ca°. indurabit̃
quaſi lapis. qui videlicꝫ nec vnctione
flectit̃ nec pcuſſiōe mollit̃. ⁊ addit̃. q̄ſi
malleator incus. Incus. n. quāto plus
malleo pcutit̃. tanto plus indurat̃. Sic
cor hoīs gomorrei cū in tali vitio lon-
ga ꝯſuetudine pducit̃. tanto amplius
indurat̃ vſqꝫ ad foueā nec blanditiis
nec increpationibus mollit̃. Ideo ſa-
piens Eccl. 3°. inqt. Cor durū male ha-
bebit in nouiſſimo. Et iō ſicut habet̃
in ſacro euangelio hodierno Joh. 6°. q̄
turba ⁊ multitudo magna ſequebat̃
xp̄m videntes ſigna que faciebat. Sic
maxima ⁊ innumerabilis multitudo
hodiernis tēporibꝫ ſeqt̃ hꝰ abhomina-
bile vitiū intātū q̄ ad explēdā ſuā li-
bidinē ducentoꝝ denariorū munera
non ſufficiunt eis. ut vnuſqſqꝫ huius
peſſimi vitij delectationē modicā qs
accipiat. A qua liberet nos ipſe Jhus
oīuꝫ gratiarū diſtributor ⁊ dator. qui
cū patre ⁊ ſpū ſancto ſuo viuit ⁊ regn̄t
in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſecūda pꝰ q̄rtā dñicā in q̄drage-
ſima. de ſacrilegio alia luxurie ſpecie. ⁊
iniquo vitio Sermo 667

OMne quod
eſt in mundo aut ⁊c. Iteꝝ
vbi ſ. Quis frēs kmĩ oībꝫ
creaturis humanis ſit ne-
ceſſaria honeſtas ⁊ pudicitia. qꝛ luxu-
ria extra ſacrū mr̄imoniū oībꝫ inter-
dicta eſt. p̄cipue tñ pmaxime ē neceſ-
ſaria perſonis religioſis cultui diuino
ſpecialit̃ mancipatis. qꝛ ⁊ ſtatus eorū
hꝰ requirit cū ordo in clericis votū cō-
tinentie includat. ⁊ ipſū votū in reli-
gioſis ad caſtitatem ppetuā aſtrīgat.
Et etiā p ſcripturā ſacrā ſpūs ſanctus
ipſos ſup alios. s. clericos ⁊ religioſos
caſtos eē admoneat. di. Exodi. 12°. Re-
nes vr̄os accingetis. Et Luc. 12°. Sint
lumbi veſtri p̄cincti. ⁊ lucerne arden-
tes in manibꝫ vr̄is. Et. i. Pet. p°. Pro-
pter qđ ſuccincti lumbos mentis vr̄e
ſobrij pfecti ſperate in eā q̄ offert̃ vo-
bis grām in reuelationē Jhu xp̄i. Et
apl's Paulꝰ. i. ad Thimot. 5°. ca°. ait. Te
ipſū caſtū cuſtodi. Et iteꝝ ad Eph. 6°.
ca°. State ḡ ſuccincti lumbos vros in
veritate. Idcirco determinatis reliqs
luxurie ſpeciebꝫ. reſtat ut in p̄ſentiaꝝ
de ſacrilegio caſtitati religioſoꝝ ⁊ cle-
ricoꝝ vitio cōtrario ⁊ ĩimico ptracte-
mus. De quo ut ordinate ꝓcedamus
qꝛ ut ait Johes. Omne qđ eſt in mū-
do ⁊c. tres conſiderationes faciemus
quarū
Prima dicet̃ deſcriptio.
Secunda v̂o dicet̃ variatio.
Tertia aūt dicet̃ punitio.

¶ Pars p̄ma huiꝰ ſermonis. in q̄ decla-
ratur quid ſit ſacrilegiū.

PRimo igitur in iſto ſermone
circa ſacrilegij deſcriptionē:
aduertēdum eſt q̄ ſacrilegiū
ſic cōmuniter diffinitur ſm̃ Ray. li°. p°.
Et ſanctum Tho. ſcđa ſcđe. q. 99. arti.
p°. Et Alex. in ſecunda parte ſūme ſue
in tractatu de ſacrilegio. in principio.

Vñ ſacrilegiũ dr̄ ſacre rei leſio. Qua-
ꝑpt̄ ſm Iſidorũ ſacrilegus dr̄ ab eo ꝙ
ſacra legit. i. furatur. uel ledit. i. violat
Dicitur autē ſacrum id qḋ ad diuinũ
cultũ ordinat̄. Et ſicut aliqd dicit̄ bo-
nũ qa ordinat̄ ad finē boni: ita illud
dr̄ diuinũ qa ordinat̄ ad cultũ dei. Et
ſic ei q̄dā reuerentia debet̄. q̄ refert̄ in
deũ. Et iō oē illud qḋ ad irreuerentiā
ptinet rerũ ſacratũ· ad iiuriā redūdat
dei: ⁊ habet rationē ſacrilegii. Idcirco
ſacrilegium ꝑut ſpēs eſt luxurie dicit̄
coitus exercitꝰ p pſonā ſacrā· utputa
clericũ ī ſacris ordinibꝫ cſtitutũ· ſiue
p religioſam aut religioſũ ad ppetuũ
dei ſeruitiũ deputatũ· ſiue p votũ cti-
nentie mancipatũ. Vel etiā ſi in loco
ſacro ſacrilegiũ cmittat̄· ſacrilegiũ dr̄
. Pro q̄ꝝ dictoꝝ declaratiōe notādũ
ē ſm Tho. vbi s̄. q. 154. arti. x°. ꝙ actꝰ
vniꝰ v̂tutꝭ uł vitii ordīatꝰ ad finē altiꝰ
aſſumit ſpeciē illius. ſicut furtũ qḋ cō-
mittit̄ ꝑpt̄ adulteriũ tranſit in ſpeciē
adulterii. Et econuerſo adulteriũ qḋ
cmittit̄ ꝑpt̄ furtũ faciendũ. tranſit in
ſpeciē furti. Manifeſtũ ē aūt ꝙ obſer-
uatio caſtitatis ſm qḋ ordinat̄ ad cul
tũ dei tranſit ī actũ religionis. ut pꝫ in
his q vouent ⁊ ſuant virginitatē. Vn̄
aptũ ē ꝙ luxuria ſm qḋ violat aliqḋ
qḋ ptinet ad cultũ diuinũ· ptinet ad
ſpeciē ſacrilegii. Et ſm hoc ſacrilegiũ
pōt poni ſpecies luxurie. Si aūt abutat̄
pſona ciūcta ſibi ſm ſpūalē cognatio-
nē cmittit̄ ſacrilegiũ ad modũ īceſtꝰ
ut inter cōpatrē ⁊ cōmatrē. Si aūt ab-
utat̄ virgine deo ſacrata inq̄ꝫtũ ſponſa
xp̄i· cōmittit̄ ſacrilegiũ p modũ adul-
terii. Inq̄ꝫtũ v̂o ē ſub cura pr̄is ſpūalis
eſt quoddā ſtuprũ ſpūale. Si violen-
tia inferat̄· erit raptus ſpūalis. Et ſic
patꝫ pars p̄ma huiꝰ ſermonis.

Pars ſecūda huiꝰ ſmōis. ī q̄ vidēda eſt
hꝰ vitii ſacrilegii multiplex varietas.

Secundo in iſto ſmone circa
ſacrilegii variationē. notādũ
eſt ſm Tho. ſcḋa ſcḋe. q. 99.
arti. 3°. vt etiā dictũ ē s̄. Pctm̄ ſacrile-
gii in h̄ cōſiſtit ꝙ aliqs irreuerenter ſe
habꝫ ad rem ſacrā. Debet̄ aūt reuerē-
tia rei ſacre rōne ſanctitatis. Et iō ſm
diuerſam rōnē ſanctitatis rerũ ſacraꝝ
qbus irreuerentia exhibet̄· neceſſe eſt
ꝙ ſacrilegii ſpecies diſtinguāt̄. Et tan
to ſacrilegiũ ē grauiꝰ quāto res ſacra ī
quā peccat̄ maiorē obtinet ſanctitatē
. Et qa tribꝫ rebꝫ attribuit̄ ſanctitas:
tribus etiā modis cmittit̄ ſacrilegiũ.
Primo in pſonis ſacris. Secūdo in
locꝭ ſacꝭ. Tertio in rebꝫ ſacris. Pri-
mũ ſacrilegiũ cmittit̄ in pſonis ſacris
q̄. s. diuino cultui ſunt dedicate. 17. q.
4. c. ī pudicas. et. c. ſe. vt ſacerdotes ⁊
religioſi moniales ⁊ clerici. Quicūqꝫ
g° c̄ tales iniuriā infert· crimen ſacrile
gii incurrit. ⁊ grauiꝰ pctm̄ q̄ꝫ fornica-
tio. 17. q. 4. c. ſicut. Eſt etiā ſacrilegiũ
tale grauiꝰ q̄ꝫ adulteriũ. ſm Ricar. ī 4°.
diſ. 35. arti. p̄. q. 5. Cuiꝰ rō eſt. qa in co-
gnoſcēdo monialē talē fit p̄iudiciũ ⁊
iiuria collegio. ⁊ violatur caſtitas fir-
mata voto quo erat ſpōſa dei. ⁊ deflo-
rat̄ v̂go. qa ſole virgines debent bene-
dici: ⁊ dehonorat̄ benedictio. Cũ vero
fornicatio vtrobiqꝫ ſit cōīs. ⁊ iiuria q̄
fit marito in violatione thori ſui· non
tantũ ponderet q̄ꝫ alia q̄ dicta ſunt in
violatione monialis: grauius pctm̄ ē
ceterꝭ paribꝫ ſacrilegiũ tale q̄ꝫ adulte-
riũ q̄ꝫuiſ poſſet eē tātũ ſcādalũ ⁊ dānũ
in adulterio ꝙ grauiꝰ eēt. Confirmat
p̄dcā Augꝰ. ī li°. ḋ ſancta viduitate di.
Plane nō dubitauerim dicere lapſas

aīas ī caſtitate ſanctioꝛe q̄ vouet̄ deo adulteris eſſe peioꝛes. h̄ ille. Et illud ē peſſimū pctm̄ oīuꝫ ſpecierū ſacrilegij. Eſt vtiqꝫ ſꝫm Alex. de ales vbi ſ. arti. 2°. ſacrilegiū inter pſonas illas vbi eſt aliq̄ cognatio ſpūalis rōne alicuius ſacramenti. 7 grauiꝰ pctm̄ q̄ꝫ ſit ſacrilegiū īceſtꝰ ex rōne ꝯſanguinitatꝭ uľ affinitatꝭ. de q̄ dictū eſt ſ. qa dignioꝛ eſt proximitas ſpūalis ꝓximitate carnali. Et ita rōne dignitatis maius videtur eē pctm̄ ꝯ illā q̄ꝫ ꝯ iſtā. qa tñ ꝓximitaſ naturalis prioꝛ eſt 7 vſioꝛ quo ad hoc videt̄ maioꝛ iniuria ex iſta pte q̄ꝫ illa. Et ita vident̄ ſe habere ſicut excedentia 7 exceſſa. Vñ dīc etiā idē doctoꝛ q̄ꝫ eadē rō ē ꝯſratū pſonaꝝ ī linea ꝯſanguinitatꝭ carnalis. 7 ꝓximitatꝭ ſpūalis Nā q̄ remotioꝛ ē in linea ſpūalis ꝓximitatis minꝰ peccat q̄ꝫ illa q̄ ꝓpinqoꝛ eſt in linea ꝯſanguinitatis. Et ſimilit̄ que remotioꝛ ē in linea ꝯſanguinitatꝭ minꝰ peccat q̄ꝫ q̄ ꝓpinqoꝛ eſt in linea cognatiōis ſpūalis. Si vō fiat collatio int̄ ſpūalē cognationē 7 affinitatē maius pctm̄ videt̄ eſſe cū fit pctm̄ carnis ꝯ ſpūalē cognationē q̄ꝫ ꝯ affinitatē. lꝫ affinitas prioꝛ eēt. qa ī lege veteri erat q̄ ſpūalis ꝓximitas que ex lege noua videt̄ initiū ſumere rōne cathecīſmi baptiſmi. 7 cōfirmationis. Eſt etiā ſacrilegiū circa pſonas cū quis ex ira iniuriā infert pſone ſacre. ſicut cū qs ī clīcos uľ religioſos manꝰ inijcit violētas. ꝯ illud ps. Nolite tāgere xp̄os meos. ut pꝫ etiā. 17. q. 4. c. ſi qs. Eſt inſup ſacrilegiū qn̄ pſona ſacra cōcupiſcitur ad poſſidēdum. puta q̄ꝫ aliqs rapiat eā vel cogat ut ſit ſibi ſꝫuus uel ancilla. uel aliqd huiꝰmōi. Vñ dicitur ſacrilegus q pſonā eccleſiaſticā ledit. 17. q. 4. c. ſicut. 7. c. qſqs. Eſt etiā ſacrilegiū illud qđ fit in iniuriā populi xp̄iani q eſt deo dedicatꝰ 7 ſanctificatꝰ puta q̄ꝫ iudei 7 pagani ꝓficiāt̄ eis. Vñ 17. q. 4. c. cōſtituit. Si qs pmiſerit iudeos officia publica exercere. velut ī ſacrilegū excoīcatio ꝓferat̄. Eſt etiā ſacrilegiū p quandā ſimilitudinē. qn̄ fit ꝯ reuerētiā pncipū. 7 maxime platoꝝ qa ſūt miſtri dei. ſicut cū qs diſputat đ pncipis iudicio. an opoꝛteat ipſū ſequi. 17. q. 4. c. ſi qs ſuadēte. et. c. nemini. vbi dicit̄. Nemini liceat de ſedis aplīce iudicio iudicare aut illiꝰ ſniam retractare. h̄ ibi. Inſup dicit̄ ſacrilegiū mālit̄ 7 p accidens oē pctm̄ a pſona ſacra cōmiſſū. Et ſꝫm h̄ inqt Ieroꝰ q̄ꝫ nuge ī oꝛe ſacerdotis ſacrilegiū ſūt uel blaſphemia. Et ſic pꝫ pmū ſacrilegiū. Secundū ſacrilegiū ꝯmittit̄ in locis ſacris. ut ſunt eccleſie cimiteria 7 huiꝰmōi. que ꝯſecrate ſūt ad honorē dei 7 ſanctificatiōꝫ hoīs ī loco ſacro cultū deo exhibente. Vñ. 2. Machab. 5°. dicit̄. Non ꝓpt̄ locū gentē. ſꝫ ꝓpter gētē locū elegit dñs. Et iō Criſoꝰ. 40. diſ. c. multi. inquit. Videte ḡ frēs quō ſedeatis ſup cathedrā. qa nō cathedra facit ſacerdotem. ſꝫ ſacerdos cathedrā. nō locus ſanctificat hoīem. ſꝫ homo locū ſanctificat. Et iō grauiꝰ pctm̄ eſt ſacrilegiū ꝯ pſonā ſacrā q̄ꝫ ꝯ locū ſacrū.

Eſt ḡ huiꝰmōi ſacrilegiū auferendo ſacrū de ſacro. uel ſacrū de nō ſacro. uľ nō ſacrū đ ſacro. ut pꝫ. 17. q. 4. c. qſqs. Itē q infringit eccłiam huiꝰmōi ſacrilegiū ꝯmittit. 17. q. 4. c. qſqs. Eſt etiā ſacrilegiū ſi qs violēt̄ fugiētē đ eccłia trahit. 17. q. 4. c. nullꝰ. et. c. ſi qs. Eſt etiā ſacrilegiū ꝓphanare loca ſacra 7 deo dicata. Vñ legit̄. 2. Machab. 6°. q̄liť Antiochꝰ rex miſit quēdā peſſimū antiochenū ad ꝯpellendos iudeos ad

idolatriã ⁊ retinebat ſcortũ ĩ tẽplo dei
Et exinde dictꝰ Antiochꝰ tẽplũ dei ꝓ-
phanãs · ꝑcuſſit eũ deꝰ plaga ĩſanabili
⁊ vermibꝫ ſcaturiebat corpus eiꝰ · cuiꝰ
fetore totus exercitꝰ grauabaṫ. ⁊ ipſe
ſacrilegus mortuus eſt. Hinc ẽ etiã ꝙ
dñs noſter Joh. 2°. ⁊ Math. 21°. expu-
lit ſacrilegos ementes ⁊ vendẽtes in
tẽplo. Tertiũ ſacrilegiũ cõmittitur
in rebꝫ ſacris. Et ſicut variaṫ diuerſi-
tas ſacrarũ rerũ · ita diuerſitas ſacrile-
giorũ inter quas ſũmũ locũ obtinent
ipſa ſacramenta qbꝫ homo ſanctificaṫ
q̃rũ p̃cipuũ eſt eucharistie ſacramẽtũ
Et iõ ſacrilegiũ qđ ꝯtra hͦ ſacramẽtũ
cõmittiṫ · grauiſſimũ ẽ inter oĩa. Poſt
ſacramenta autẽ ſecundũ locũ tenent
vaſa ſacra ad ſacramẽtoꝝ ſuſceptionẽ
vt calices ⁊ corporalia ⁊ hꝰmõi. Et etiã
imagines ſacre ⁊ ſanctoꝝ reliqe · ĩ qbꝫ
q̊dãmodo ipſe pſone ſanctorũ vene-
ranṫ uel dehonorãṫ. Deinde ea q̃ pti-
nent ad ornatũ eccl̃ie ⁊ miniſtroꝝ eiꝰ.
De hinc ea q̃ ſũt deputata ad ſuſtẽta-
tionẽ miſtroꝝ · ſiue mobilia ſiue ĩmo-
bilia. Quicũqꝫ igiṫ ꝯ qđcũqꝫ p̃dictoꝝ
peccat · crimen ſacrilegij incurrit. ſicut
illi qui abutũṫ criſmate ⁊ aqua baptiſ-
mali ⁊ oſſibꝫ mortuoꝝ ⁊ terra cimite-
rij pro ſanitate uł infirmitate. uel pro
amore ponendo inter virũ ⁊ vxorem.
⁊ etiam abutũṫ verbis ſacꝫ uel eucha-
riſtie · uel ĩ bono uel ĩ malo. Et iõ intẽ-
dere arti magice ſacrilegiũ eſt. 27. q. 2.
c. illud. Et aliũ temere rebaptiçare ſa-
crilegiũ eſt. Itẽ ſacrilegiũ eſt ĩuadere
⁊ auferre res eccleſie. 12. q. 2. in. c. pre-
dia. et. 13. q. 2. c. oblationes. et. 16. q. 1.
c. in canonibus. et. 17. q. 4. c. quia ra-
pit. et. §. ſacrilegiũ. et in. c. qſqs. Itẽ
ſacrilegiũ eſt ſi qs qđ venerabilibus
locis datũ eſt ſibi ſtuduerit retinere.

17. q. 4. c. ſacrilegiũ. Et etiam ſi qs res
eccl̃ie indebite vendit. diſ. 50. c. ſi qs
p̃ſbyter. Itẽ habẽs ſufficiẽs patrimo-
niũ ſacrilegiũ cõmittit ſi res eccl̃ie ad
ſupfluitatẽ recipit. 16. q. 1. c. qm̃. ĩ fine.
Unde ſacrilegus Jude ꝓditori cõpaṫ.
17. q. 4. c. ſi forte. et. 23. q. 4. c. inquit.
Itẽ ſacrilegiũ ꝯmittit qui beneficiũ
de manu laici recipit. ex̃ de decimis. in
c. dudũ. Et regulariter dicũṫ ſacrilegi
oẽs ĩuaſores rerũ eccleſiaſticaꝝ. ex̃ de
foro cõpe. in. c. ꝯq̃ſtus. Diciṫ etiã ſa-
crilegiũ largo mõ violatio ſacrorũ tẽ-
poꝝ. ſicut cũ qs ieiunia ab eccl̃ia ꝯſti-
tuta ſine neceſſitate uł legitima cauſa
frangit. ⁊ feſta precipua nõ cuſtodit
vacãs illicitis ⁊ ꝓhibitꝭ. ꝯ illud Leuit.
23°. De ſũt ferie dñi q̃s vocabitis ſan-
ctas. Et ſic pꝫ ps ſecũda huiꝰ ſmõis.

Pars tertia huiꝰ ſermonis. in q̃ decla-
ratur q̃ꝫ ſit graue ⁊ offenſiuũ peccatũ
ſacrilegij.

TErtio igiṫ in iſto ſmone circa
ſacrilegij offenſionem moue-
tur vnũ dubiũ vtꝝ ſacrilegiũ
ſit ſpeciale pctm̃. Ad qđ reſpõdeṫ ſm
Tho. ſcđa ſcđe. q. 99. arti. 2°. ꝙ vbicũqꝫ
inuenitur ſpecialis ratio deformitatis
ibi neceſſe ẽ ꝙ ſit ſpeciale pctm̃. quia
ſpecies cuiuſlibet rei p̃cipue attendiṫ
ſm formalẽ rationẽ ipſius · non autẽ
ſm materiã uł ſubiectũ. In ſacrilegio
aũt inueniṫ ſpecialis rõ deformitatis.
qa. s. violaṫ res ſacra ꝑ aliquã irreue-
rentiã. Et eſt ſpeciale pctm̃. ⁊ opponiṫ
religioni. Loquẽdo igiṫ de ſacrilegio
ſm ꝙ eſt ſpẽs luxurie maxime offen-
diṫ in eo deus. qđ ꝓbaṫ triplici rõne.
ꝑ͛ rõne deifice ſponſalitatis. 2° rõne
dñice ptãtis. 3° rõne ãgelice ſuitutis.

ꝑ dico ꝙ maxīa ē offenſio ī ſacrile-
gio. Et iō nō īmerito deteſtādū rōne
deifice ſpōſalitatꝭ. Nā magr̄ dignitas ē
eſſe ſpōſam alicuiꝰ regis. maior aūt eē
ſpōſam impatorꝭ. ſꝫ maximꝰ ē eē ſpon-
ſam Jhu xpi q ē rex regū ⁊ dn̄s domi-
nātiū. Hec aūt ē qlibꝫ aīa hn̄s ⁊ ꝓuāꝭ
hūilit̄ votū v̓ginitatis. Vn̄ cuilibet il-
laꝝ pfecte viuēti dicet̄ ī fine vite. Ve-
ni ſponſa xpi. accipe corona͂ quā tibi
dn̄s ꝑpauit in eīnū. Vn̄ Jeroꝰ ad Eu-
ſtochiū inqt. Qualis erit illa dies cuꝫ
tibi Maria mr̄ dn̄i choris occurret co-
mitata v̓gineis. cum pꝰ rubrū mare ⁊
ſubmerſū cū ſuo exercitu Pharaonē
tympanū tiniēs precinerit trāſitura.
Cantemꝰ dn̄o. glīoſe. n. honorificatus
ē: equū ⁊ aſcenſorē ꝓiecit ī mare. Tūc
tecla ī tuos leta volabit āplexꝰ. Tūc ⁊
ipſe ſponſus occurret ⁊ dicet. Surge ⁊
veni ꝓxima mea. ſpōſa mea. columba
mea: qa iam hyems tranſijt hymber
abijt ⁊ receſſit ⁊c̄. hꝫ ille. Vn̄ cū ꝯſecrat̄
v̓go uel bn̄dicit̄ ipſa cātat illud: Ipſi
ſū deſponſata cui āgeli ſuiūt. cuiꝰ pul
chritudinē ſol ⁊ luna mirāt̄. Repn̄tat
n. ſtatū eccl̄ie triūphāꝭ. Hic ē ꝙ Joh.
Apoc. 14°. inqt. Virgines. n. ſunt ⁊ ſe-
quūt̄ agnū qcūqꝫ ierit. qa videlꝫ xp̄m
pfecte imitāt̄ q ad integritatem aīe ⁊
corpis: ⁊ ſpūale gaudiū qđ aureola dr̄
ꝑpt̄ victoriā carniſ pfectā pcipiūt qđ
alij ſci ⁊ ſcē nō v̓gīes nō hn̄t. Hic etiā
Amb° ī li° de v̓ginitate inqt: Pulchri-
tudinē maiorē exiſtimare qs nō pōt
decore v̓ginis q͂ amat̄ a rege. ꝓbatur a
iudice. dedicat̄ dn̄o. deo ꝯſecrat̄. Cum
igit̄ v̓go ſit in magr̄ dignitate ⁊ ſcītate
ſi ī aliqđ opꝰ carnale labit̄. ſacrilegiuꝫ
ꝯmittit ⁊ magnū pctm̄ incurrit. qa le
dit rē ſacrā violando ſponſam dei ꝯſe
cratā. Tal̄ nō ītelligit quātū theſauꝝ
amittit. Et iō caute ambulandū ē. qa
ſi frāgit illud ꝑ qđcūqꝫ opꝰ carnale ir-
recuperabilit̄ amittit. ſm̄ illud Amos
5° ca°. Virgo iſrl̄ ꝓiecta ē in trā. nō ē q
ſuſcitet eā. Sup q° dic̄ Jeroꝰ. 32. q. i. ī. c
ſi Paulꝰ. Audacter dicā qa cū cūcta poſ
ſit deus. v̓ginē nō pōt ſuſcitare pꝰ rui-
nā. Pōt qdē liberare a pena. ſ. debita
ꝓ pctō. ſꝫ nō pōt coronare corruptā. ſ.
aureola v̓ginitatis. Conſidēt ğ vnuſ-
qſqꝫ q͂ğ grue ⁊ horridū pctm̄ ſit cū v̓gi-
nibꝫ ⁊ monialibꝫ cōmiſceri. qa talis ē
ꝓditor apud dn̄m dn̄antiū ⁊ regē re-
gū q fecit oīa bona ⁊ a q° tenet ea q͂ ha-
bet cuiꝰ ⁊ ſponſam ꝓditioſe corrūpit.
Deberet. n. dicē cū Joſeph. Quō poſ-
ſū h° malū facē ⁊ peccare ī dn̄m meuꝫ!
Gen̄. 39°. Et quanto ſponſus nobilior
tanto ꝯtumelia ⁊ indigr̄tio maior. Hic
Cypanꝰ in li° de v̓ginitate inqt. Si ſu-
pueniēs maritꝰ ſponſam ſuā iacē cum
adultero viderit. nōne indignat̄ ⁊ fre
mit: ⁊ p zeli dolorem gladiū portat ī
manu ſua! Et qa xp̄s dn̄s ⁊ iudex no
ſter cū v̓ginē ſuā ſibi dedicatā ⁊ ſcita-
ti ſue deſtinatā iacē cū adulr̄o cernit.
q͂ꝫ indignāt̄ eis iraſcit̄ ⁊ q͂s penas ī ſce
leſtis huiꝰmōi ꝯiūctionibꝫ cōminat̄.
Cuiꝰ ut gladiū ſpūalē ⁊ venturū iudi
cij diē vnuſqſqꝫ fratꝝ poſſit euadē. cū
cōſilio ꝓuidē ⁊ elaborare debemꝰ. hec
ille. Et. 23. q. i. §. nec aliq̄.    2° dico ꝙ
maxīa ē offenſio ſacrilegij rōne dn̄ice
ptāꝭ quā. ſ. hꝫ qlibꝫ ſacerdos. De qbꝫ
dr̄ in ps. Deꝰ ſtetit in ſynagoga deoꝝ
i. ſacerdotū. in medio aūt deꝰ diiudi-
cat. i. ſacerdotes. Vn̄ Gregꝰ ad Mau-
ritiū impatorē ſcribēs ait. Sacerdoteſ
aliqn̄ dij ī ſacris eloquijs vocāt̄: Scri
ptū eſt. n. Dijs nō detrahes. Quid ğ
mirū ē ſi illos nr̄a pietas honoret qbꝫ
in ſuo elogo honorem tribuens deos
y

appellat ipſe deus. Merito autē dñi di-
cūt ſacerdotes ꝓpt ptātē dñi quā ha-
bent. Pñt.n. panem ⁊ vinū mutare in
corp⁹ ⁊ ſanguinē dñi v̄bis ꝯſecratōis
qđ null⁹ angelus null⁹ ſcūs ī celo nec
ipſa v̄go btiſſima pōt. ſʒ ſol⁹ deus. Pñt
etiā abſoluē a pctis ut abſoluti debite
intrēt regnū celoꝝ. Vñ xi.q.3.c. abſit.
dr̄. Abſit ut qđcūqʒ ſiniſtrū de his ar-
bitremur q apl̄ico ḡdui ſuccedentes
xp̄i corpus ſacro ore ꝯficiūt. p q̊s nos
xpiani ſum⁹. q clauē regni celoꝝ habē
tes an̄ iudicij diē iudicant. h̄ ibi. Mag
ē igit̄ ptās ſacerdotū. ſʒ ſi nō viuūt ca-
ſte īmo luxurioſe. ſacrilegiū ꝯmittūt
ḡuiſſimū. qđ pʒ. quia ſūt dotati ſacris
gratijs ⁊ donis. ꝓuilegijs. officijs ⁊ be
neficijs. ⁊ ſūt vncti et ſcīficati. quorū
man⁹ ſcīficate ſūt ⁊ ꝯſecrate. Et iō ma
gis debēt eē mūdi. qa dic Greg⁹. Tāto
ḡ eē hūilior atqʒ ad ſuiendū deo ꝓm-
ptior qſqʒ debet ex munere. quāto ſe
obligatiorē eē ꝯſpicit in reddēda ra-
tiōe. h̄ ille. Quia ḡ debent dño mini-
ſtrare ⁊ corp⁹ xp̄i ſumē. tangē ⁊ alijs
offerre: debent eē mūdi ab inqnamē-
to luxurie. Vñ in p̊s. Ambulans ī via
īmaculata hic mihi miſtrabit. Quan-
tū.n. ſcel⁹ ſacrilegij patraret q vaſa ſa
cra uel ſacra manibꝫ lutoſis ꝯtīgeret.
uel an̄ lutū ꝓijceret. Sed h̄ agit ſacer-
dos luxurie vacās ⁊ ſacra cōtrectans.
Dic.n. Jero⁹. Dic mihi ſacerdos. quō
cum eiſdem labijs quibꝫ oſculatus es
filium hōīs. i. xp̄m ī ſacramēto: oſcu-
latis labia meretricis! O Juda. oſcu-
lo filiū hominis tradis. i. ſimilis es ei.

3° qꝫ ḡuiſſima ſit offenſa ſacrilegij:
oñdit rōne angelice ſuitutis. Nā mi-
niſter dei ſiue ſu⁹ rōne officij angelus
dicit̄. qa officiū angeloꝝ ē miniſtrare
deo. ſcđm illud p̊s. Qui facis angelos
tuos ſpūs ⁊ miſtros tuos ꝛc. Ad Heb̄
p̊. Oēs adminiſtratorij ſpūs ſūt. ſ. ange
li. Et iō cū tota vita clerici ul̄ religio-
ſi ē deputata ad ſeruitium dei ꝓcipue
dicūtur miniſtri ⁊ ſerui. pʒ. iz.q.i.c.
cleric⁹. Seruire aūt deo regnare ē. ſm
Greg. ⁊ ī ſignū regie dignitaƭ portāt
religioſi coronā capillorū ī capitibus
ſuis. Magna dignitas ḡ ē die noctuqʒ
ſuire tanto dño. Sed ſi dñi tꝑales vo-
lūt habē ſuos qui corā eis miniſtrēt
mūdos ⁊ nitidos. ſicut legit̄ de Nabu
chodonoſor q fecit eligē ex hebreis iu
uēculos nobiles ſine macula ad ſerui-
endū ei q fuerūt Daniel. Anania. Aça
ria. Miſael. Daniel. p̊. Quanto magis
xp̄s dñs q ē fons mūditie ⁊ puritatis
vult habē miſtros puros ⁊ īmacula-
tos. Quicūqʒ ḡ clericus uel religioſus
ꝯmittēs ſacrilegiū p op⁹ luxurie vitu
perat miſteriū ſuū ⁊ ḡuiſſime peccat.
qa luxuria reddit eū ſordidū ⁊ īmun-
dū. ⁊ en religioſi ſunt q̄i oculi colūbe
ſup riuos aq̄rū q debent eē puri a ſor-
dibꝫ ut digni ſint miſtrare corā tāto
dño. qa legit̄ Leuit. zi°. Hō q habue-
rit maculā nō accedet ad miſteriū dei
ſui. Et Oſee. 8°. Fact⁹ ē iſrl̄ q̄i vas im-
mūdū ī nationibꝫ. Sūt ⁊ alia multa
q̄ pñt adduci ad h̄ ꝓpoſitū q̄ cā breui
tatis omitto. qa in ſermonario de re-
ꝓbatiōe vitioꝝ: ubi etiā tractabit̄ de
punitiōe ſacrilegij iſta diffuſi⁹ apient̄
Vñ in euāgelio hodierno Joh. z° ca°. p
ſilitudinē tēpli mālis pōt figurari tē-
plū ſpūale. Nā aſcēdit Jhus ierl̄mā. ⁊
īuenit ī tēplo vendētes oues ⁊ boues
⁊ nūmularios ſedētes ꝛc. Et his q co
lūbas vēdebāt dixit. Auferte iſta hīc
⁊ nolite facē domū prīſ mei domū ne-
gociatiōis. Ita pōt dici oībꝫ religioſis
clericis ⁊ monialibꝫ: Nolite facē corp⁹

⁊ aīam veſtrā domū īpudicitie ⁊ meretriciā ut ad coronā caſtitatis puenientes cū vgine vginū ⁊ filio ſuo ī ppetuū gaudē poſſitꝭ. q cū prē ⁊ ſpū ſancto ſuo viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ Amen.

❡ Feria tertia pꝰ quartā dñicā in q̄dragesima. de filiab; luxurie. ꝑ in particulari ⁊ generali ſimul. Sermo 67ꝰ

OMne quod eſt in mūdo ꝛc. Iterū ubi ſ. Quis frēs cariſſimi peccatū fornicationis ⁊ luxurie nō ponat̄ p ſe grauius oīuꝫ pctōꝝ īmo multa alia ipſū excedāt. Attn̄ reſpectu ſue male generatiōis ḡuiſſimū videt̄. Sūt. n. plerūq; peiora q̄ ab ipſo luxurie vitio ꝓcedūt q̄ ipſū met ſolū. Qua de re volens materiā iſtā pfecte nucleare: deſtinā ad ipſiꝰ libidinis ſpeciebꝫ congruū videt̄ ut de filiab; ſuis aliq̄ ↄpendioſe ptractemꝰ. Nā ſcḋm Greg. 31ꝰ liꝰ moral. octo ſūt filie a maledicta luxuria ꝓpagate. s. cecitas mētis. incōſideratio. īconſtantia. pcipitatio. amor ſui. odiū dei. affectus pſentis ſeculi. horror ſiue deſpatio futuri. Et ſi q̄ alie ponūt̄ ab Iſidoro. ut ſtultiloquiū. ſcurrilitas ⁊ hꝰ modi. ad pdicta reducūt̄. Et q̄uis iſta pctā notata oriant̄ aliqñ ex aliis pctīs. frequētiꝰ tn̄ ⁊ coīus ex luxuria. ⁊ iō filie eius dicūt̄. De qb; iſto modo tractandū ē ut pretermiſſo odio dei ⁊ deſpatiōe. de qbus tractabit̄ ī ſmonatio de q̄tuor vitiis: in iſto ſermōe. qa ut ait Iohēs. Oē qḋ eſt in mūdo ꝛc.

ꝑ de ſufficientia oīuꝫ in coī.

2ᵒ de cecitate mentis in pticulari.

3ᵒ de inconſtātia in ſingulari. Deinde in ſequētib; ordinate ꝓcedēdo de reliquis ſufficient̄ deſcribemus.

❡ Pars pma huiꝰ ſmonis. in q̄ aſſignat̄ rō ⁊ ſufficientia oīuꝫ pdictarū filiarū luxurie.

PRimo igit̄ in iſto ſmone aduertendū eſt q; rōnē iſtaꝝ filiarū aſſignat btūs Tho. ſcḋa ſcḋe. q. 153. arti. 5. ⁊ Alex. de ales. ubi ſ. di. q; qñ īferiores potētie vehement̄ afficiūt̄ ad ſua obā. ↄueniēs ē q; ſuperiores īpediant̄ ⁊ deordinēt̄ ī ſuis actibus. Per vitiū aūt luxurie maxīe appetitꝰ inferior. s. ↄcupiā vehementer intēdit ſuo obō. s. delectabili ꝓpt̄ vehementiā delectatiōis. Et iō ↄueniēs ē q; p luxuriā maxime ſupiores vires deordinent̄. s. ratio ⁊ volūtas. Sunt aūt ratiōis q̄tuor actus ī agendis. ꝑ qdē ſimplex intelligētia q̄ apprehendit aliquē finē ut bonū. Et hic actꝰ īmpedit̄ p luxuriā. ſm illud Daniel. 13ᵒ. Decepit te ſpecies: cōcupiā ſubuertit cor tuū. ⁊ q̄tū ad h̄ ponit̄ cecitas mētꝭ 2ꝰ actus ē iudiciū de agendis. Et hic etiā īpedit̄ p luxuriā. Vn̄ Daniel. 13ᵒ. dicit̄ de ſenib; luxurioſis. Auerterūt ſenſū ſuū ut nō recordarent̄ iudicioꝝ iuſtoꝝ. ⁊ q̄tū ad hoc ponit̄ incōſideratio. 3ꝰ aūt actꝰ ē pceptū cōſideratiōis uel ratiōis de agēdo. qḋ etiā impedit̄ ex īpetu cōcupie ne exequat̄ hō illud qḋ iudicio ratiōis decreuit ēē agendū ⁊ q̄tū ad hoc ponit̄ inconſtantia. 4ꝰ actus ē ↄſiliū de his q̄ ſunt agēda ꝓpt̄ finē. Et hic etiā īpedit̄ ꝓpt̄ ↄcupiam luxurie. Vn̄ Terentius in eunucho loquēs ḋ amore libidinoſo ait. Que res in ſe neq; cōſiliū neq; modū h; vllū: eā cōſilio regē nō potes. Et q̄tuꝫ ad h̄

ponit̃ p̃cipitatio que ĩportat obtracta
tionẽ ↄſilij. Ex pte aũt volũtatis eſt
duplex act⁹ inordinat⁹. Prim⁹ ẽ appe-
titus finis. ⁊ q̃ntũ ad h̃ ponit̃ amor ſui
inq̃ntũ .s. inordinate ſeipſũ diligit. Et
p oppoſitũ ponit̃ odiũ dei inq̃ntũ p̃hi-
bet delectationẽ quã cõcupiſcit q ĩor-
dinate ſe amat. Et iſte due filie ſimul
ſociate ſũt. Nã ſm Aug. iſti duo amo-
res duas ciuitates ↄdiderũt. cũ modo
aliq̊ ſil' ſtare nõ p̃nt. Hinc Math. x° ca°.
dñs ait. Qui nõ accipit crucẽ ſuã ⁊ ſe-
quit̃ me nõ ẽ me dign⁹. Quã igit̃ cru-
cem accipiet q ex amore carnali ſuo ſe
cũcti voluptatib⁹ p̃bet? Et quõ luxu-
rioſus cũ amore ſuo deũ amabit q mẽ
bra ſua membra meretricis facit? Vñ
Iſidor⁹ ait. Int̃ cet̃a ſeptẽ vitia fornica
tio maximi ẽ ſceleris. qa p carnis ĩmũ
diciã templũ dei violat. ⁊ tollens mẽ-
bra xp̃i facit mẽbra meretricis. Ali⁹
appetit⁹ ẽ eorũ q̃ ſunt ad finẽ. ⁊ q̃ntũ ad
h̃ ponit̃ affectus p̃ntis ſeculi ĩ q̊ .s. ali-
qs vult frui voluptate. Et p oppoſitũ
ponit̃ deſpatio futuri ſeculi. qa dũ ni-
mis detinet̃ carnalib⁹ delectationib⁹
ad ſpũales puẽire nõ curat ſ; faſtidit.
Et iſte due vtiq; ſimul ſociate ſũt. qa
luxurioſi carnalitates affectãtes ſup-
nam gloriã ſperare nõ audẽt. qa teſte
Greg̃. Illos nulla expectat gl'ia ĩ qb⁹
nõ fuerũt laborioſa certamina. h̃ ille.
Et ſic p; ps p̊ma hui⁹ ſermonis.

¶ Pars ſecũda hui⁹ ſmonis. in qua tra-
ctat̃ d' cecitate mẽt p̊ma luxurie filia.

SEcũdo ĩ iſto ſmone tractan-
dũ ẽ de cecitate mẽtis q̃ ĩ hoc
ↄſiſtit cũ qs ita mẽte dedit⁹ ẽ
⁊ occupat⁹ circa mũdana ⁊ p̃cipue cir
ca carnalia opera q nefcit cogitare de
deo eligẽdo ipſũ ut vltimũ finẽ ſuorũ
operũ. nec d' aliis ſpũalib⁹ reb⁹ p̃pter
ĩmerſionẽ in carnalib⁹. Ad q̊rũ noti-
ciã dictorũ notãdũ ẽ q triplex ẽ ceci-
tas. Prima cecitas eſt in ſupnãli anĩo
intuẽdo. Secũda cecitas ẽ ĩ neceſſaria
neſciẽdo. Tertia cecitas ẽ in ſalutaria
nõ eligẽdo. Prima g̊ cecitas ẽ ĩ ſup-
nãlia nõ intuendo. De qua ait Greg⁹
Cec⁹ ẽ q lumẽ ſupne cogitatiõis igno
rat. Ad cui⁹ dicti declarationẽ notan-
dũ ẽ ſm doc. q cecitas mẽtis ẽ p̊uatio
ei⁹ qđ ẽ p̊ncipiũ ĩtellectualis viſiõis.
Hoc aũt p̊ncipiũ ẽ triplex. Primũ ẽ
lumẽ ratiõis nãlis. de q̊ dr ĩ p̊s. Sig̃tũ
ẽ ſup nos. i. ĩpreſſũ ĩ pte ſupiori in aĩa
lumẽ vult⁹ tui dñe. Dicitur aũt ratio
vult⁹ dei. qa ſicut p vultũ vn⁹ hõ ẽ ſi-
milis alt'i. ita per rationẽ ſum⁹ ſimiles
deo. Et ſicut p vultũ ↄg̊ſcim⁹ hoĩem.
ita p ratiõ; cog̊ſcim⁹ q̃ agẽ debeam⁹.
Secũdũ lumẽ ẽ habituale ſupadditũ
lumini ratiõis nãlis. s. lumen gr̃e. De
quo põt ĩtelligi illud p̊s. In lumĩe tuo
s. gr̃e videbim⁹ lumẽ. s. gl'ie. Et h̃ in-
terdũ p̊uat̃ aĩa p pctm̃ mortale. De q̊
Sap. 2°. Malitia excecauit eos. Tertiũ
p̊ncipiũ viſionis ĩtellectualis ẽ aliqđ
p̊ncipiũ ĩtelligibile ut dic Aug⁹ p qđ
ĩtelligit aĩa: cui mens hoĩs põt inten-
dere ⁊ nõ intendẽ. Q aũt nõ intendat
p̃cedit ex h̃ q h; ſpontanee voluntatẽ
ſe auertentẽ a cõſideratiõe illi⁹ p̊nci-
pij. qñ qdẽ ſe occupat circa ea q̃ magi
diligit. Et vtroq; modo cecitas iſta ẽ
ſpãle pctm̃. Et qa ut dr ĩ ethic. vnuſ-
quiſq; ea in qb⁹ delectat̃ opat̃. ex eo q
delectatio facit applicare intentionem
ad op⁹. Cõtraria v̊o. s. in qb⁹ non de-
lectat̃: neq̃q; vl' debilit̃ opat̃. Hinc ẽ q
cũ delectatiões veneree ſint maxime
inter delectationes corpales intentio

hoīs p vitiū luxurie qđ ē circa hmōi delectatiōes maxime applicat ad corporalia. ⁊ p ɔ̄ns debilitat opatio mentis circa ītelligibilia. Et ſic ponitur cecitas mētis filia luxurie q̄ excludit cognitionē guſtatiuā ſpūaliū bonorum iuxta illud ps. Supcecidit ignis. s. luxurie. ⁊ nō viderūt lumen. s. ſpūaliū bonoꝝ. Secūda cecitas ē in neceſſaria neſciendo q̄ ppe dicit cecitas ignorantie. De q̄ ignorātia ſatis dictū ē ſ in tractatu de pctō in gnāli in illa cōſideratiōe de aggrauatiōe pctī. Sed tñ ad maiorem ⁊ clariorē noticiā ipſius ignorantie hic breuit aliqua deſcribamus. Eſt aūt triplex igrātia. s. ignorātia iuris hūanalis. igrātia legꝭ diuinalis. igrātia opis ɔtingibilis. Prima ḡ igrātia dr iuris hūanalis q̄ ē ignorantia legū ⁊ ordinationū q̄ facte ſūt ab hoīb ecclesiaſticis uel ſecularibus ſicut ſūt leges canonice facte a ɔcilijs uel a ſūmis pōtificib que obligāt oēs catholicos cū fiāt vtilit. uł facte a p̄latis īferioribus q̄ obligāt tm̄ ſubditos eius. Leges etiā ciuiles facte ab īperatorib uł a ppijs ciuitatib. ut ſūt ſtatuta cū huimōi ligēt cū iuſta ſint ī foro ɔſcie oꝫ q ſciāt. alit ſeruari nō poſſūt. Et iō q talia igrat. cecus dici pōt. ⁊ nō ſine culpa. Vñ Yſa. 5. dicit. Propterea ductus ē captiu pp̄ls me. quia nō habuit ſciam. s. agēdoꝝ. pꝫ diſ. 37. § fi. Quedā aūt ordinatiōes ſūt q̄ cōcernūt aliqs pticulares ſtat hoīuꝫ ut q̄ ptinēt ad debitā miſtratiōeꝫ ſacroꝝ ⁊ has debent ſcire curati. alias iſta neſciendo pctm̄ ē. pꝫ diſ. 38. c. ſi laici. Secūda igrantia dr legis dīnalis q̄ facit hoīem cecū ſpūalit ⁊ neſcire q̄ hñtur ī ſcripturis ſacris ptinētia ad pcepta ⁊ bonos mores. Ipſa ſiqdē ſcriptura cōtinet qcqd ptinet ad ius nāle. Nā illa duo pcepta iuris nālis. s. Qđ tibi nō vis fieri ⁊c. ⁊ illud. Quecūq vult ut faciāt vob hoīes ⁊c. hñtur ī ſcriptura ſacra. Primū eſt Thob. 4. Secūdū eſt Math. 7. et Luce 6. Decalogus etiā q̄ ē de iure nāli hr Exo. 20. Dicit etiam Gratian .i. q. 4. circa finē. ⁊ Alex. de ales ī ſecūda pte ſūme ſue in tractatu de igrantia q igrantia iuris naturalis oīb adultis dānabilis ē. Et de h ītelligit illud apłi .i. Cor. 14. Ignorans. s. ea q̄ ſūt de iure nāli. igrabit. s. a deo. i. repbabit. Et illud Greg. Qui ſtult fuit ī culpa. s. ignorās. ſapiēs erit ī pena. diſ. 38. c. q ea. Quí ḡ igrat ea q̄ ſūt legis dīne necīa ad ſalutē. ut pcepta ⁊ articulos fidei q̄ ſūt p̄dicata ⁊ publicata p orbē. ⁊ pcepta legꝭ nāe. ⁊ q contra ipſa facit. non excuſat a culpa. Vñ dicit Greg ī moral. Qui ea neſciūt q̄ dei ſūt. neſciūt. i. repbantur. Et Ierō 16. q. i. ⁊. c. ſi cupis. ait. In his q̄ ptinēt ad ius dīnū ut precepta ⁊ articuli patrū diſtat a vitijs decipi uł decipi poſſe xpianū. h ibi. Tertia igrantia dr facti que excuſat niſi qs det operā rei illicite. ⁊ adhibeat ſufficientē diligentiā. Et intelligenda ē ſic regula iuris. Ignorātia facti nō iuris excuſat. ex de re. iud. lib 6. Et ut dicat qs pbabilit igrare ut excuſet. dicit glo. i. q. 4. circa finē q reqritur q nō ſit nimis ſcrupuloſ ⁊ curioſus. nec q ſit nimis negligens in inqrendo. ff. de iud. ⁊ fac. igno. nec ſupina. Si qs ḡ dat operam rei illicite vnde ſequit aliqđ malū qđ neſcit. nō excuſat: puta ſi qs ludit ad ſaxa uel cum gladio. ⁊ inde pcutit aliquē quē nō videt ⁊ ignorat. nō excuſaretur a pctō. pꝫ. 15. q. i. c. inebriauerūt. ubi habetur q nō fuit excuſatus

Loth cū neſciēs filias eē ſuas ɔcubuit cū eis. quia dedit operam rei illicite.ſ. ebrietati. ℟. ut illa igrantia facti excuſet oportet ꝙ adhibeat debita diligētia. Vn̄ ſi qs aptādo tectū dom⁹ ꝓijcit tegulas fractas ī via qd̄ ī ſe ē opa licita. ſed nihil dicit nec ſignū ponit. ꝓpt̄ qd̄ aliqs tranſit iuxta neſciēs op⁹ ⁊ ex tegula ab illo ꝓiecto frāgit caput illi neſciēs aliquem trāſire inde certe nō excuſaretur a culpa nec a pena. Vn̄ nec iudei excuſantur ꝙ crucifixerunt xp̄m qa neſciebāt ipſū eē xp̄m. ⁊ hoc qa nō adhibuerūt debitā diligētiā ut dic Gratian⁹. i.q.4.c.fi. circa finē. Sic̄ ſi p̄latus uel pat̄ familias neſcit crimina māifeſta ſubditoꝝ qa nō adhibet diligētiā ad inqrendū. ⁊ ſic nō punit nō excuſat. ſicut nec Hely nō puniēs pctā filioꝝ. i. Reg. 3°. et 4°. Vn̄ ē regula iuris ex̄ de re. iur. l. c. q̄uis. Nō pōt eſſe iuſta excuſatio paſtoris ſi lup⁹ comedit oues ⁊ paſtor neſcit. Sed aduertēdū circa predicta ſm̄ Alex. ī ſecūda parte ſūme ī tractatu de igrātia ꝙ triplex ē igrantia. ſ. igrātia craſſa. ignorātia affectata. ⁊ igrātia īuincibilis. d̄ qbus habes ſ̄ ī tractatu de pctō in generali ī illa ɔſideratiōe d̄ aggrauatōe pcti. Qui g̊ neſciūt que ſūt legis hūanalis nec intelligūt q̄ ſūt legis dīnalis ī tenebris ambulāt. Tertia cecitas eſt ī ſalutaria nō eligēdo. cū videl3 qs ɔg̊ſcit eē malū qd̄ vult facē ⁊ tn̄ facit. qd̄ nō pōt eē niſi qa ⁊ ſi ī vl̄i ɔg̊ſcit eē malū fornicationē. furtū. homicidiū. ⁊ h⁹mōi: tn̄ ī pticulari illi⁹ actum nō agnoſcit eē malū ſ3 videt illud eſſe bonū. Nam Dyo⁹ ait. Null⁹ ītendēs ad malū operat. De talib9 pōt dici illud ps. Oculos habēt ⁊ non videbūt. Hn̄t qdē oculos ad cognoſcēdū ī vl̄i ſ3 non videt illud eē malū ī pticulari. Nam ut dic ph̄s p̊ ethicoꝝ. Oīs mal⁹ ē ignorās. Et talis igrātia nō ē ſpeciale peccatū ſed circūſtātia que reqrit ī quolibet pctō. Et ad idē facit quod dr̄ in ꝓuerbijs. Errant q opant malū. In h̊ ē error. qa videt ei q malū agit detētus paſſione uel habitu vitioſo tūc bonū agē. Qui aūt iam īcurrit cecitatē ſpiritualē. imitet cecū q ſedebat ſec⁹ viā ⁊ mēdicabat. ⁊ clamās ad Ihm ut videret. lumē recepit. Luce 18°. Et ſic p3 qd dicēdū ſit de cecitate mēt. patetq3 ps ſecūda hui⁹ ſermōis.

¶ Pars tertia hui⁹ ſermōis. in qua tractat̄ de īconſtantia alia luxurie filia.

Tertio ī iſto ſermōe tractādū ē de īconſtātia alia luxurie filia. De qua ut ordine cōgruo ꝓcedamus tria tm̄ ānotabim⁹. quarū Primū dicet deſcriptio. Secūdū āt dicet ꝓductio. Tertiū aūt dicet ꝓceſſio.

Qt̄ū ad p̊mū notādū ē ſm̄ Alex. d̄ ales ī ſecūda pte ſūme. in tractatu luxurie. ⁊ ſm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. 53. arti. 5°. ꝙ īconſtātia īportat receſſū a bono ꝓpoſito. Determiatio aūt hui⁹ receſſus pncipiū h3 a vi appetitiua ſeu a voluntate. Nō. n. qs recedit a p̊ori bono ꝓpoſito niſi ꝓpter aliqd qd̄ ei īordinate placet. Et iſte receſſus non ɔſūmat niſi p defectū ratiōis que fallit ī h̊ qa cum poſſet reſiſtē īpulſui tēptationū ſeu paſſionū. id qd̄ recte acceptauerat dimittit nō reſiſtēdo. ⁊ h̊ ē ex debilitate ipſius ratiōis que ſe nō tenet firmiter ī bono cōcepto. Et iō īconſtantia q̄tū ad ſui cōſūmationē ptinet ad defectum ratiōis. ſicut oīs rectitudo ratiōis practice pertinet aliqualit̄ ad

prudētiā: ita oīs defect⁹ ei⁹dē ptinet ad īprudentiā. Et iō inconſtantia ſm ſui ɔſūmationē ptinet ad īprudētiā. Et ſicut pcipitatio defectus ē circa actū ɔſilij. incōſideratio circa actū iudicij: ita incōſtantia ē defect⁹ circa actū pcepti. q actus ptinent ad prudentiā. Ex hoc n. aliqs dicit̄ incōſtans qa ratio deficit ī pcipiēdo ea que ſūt ɔſiliata ⁊ iudicata. Eſt aūt pctm̄. qa cū ad prudentiā ptineat pferre maius bonū minori bono. p ɔſequēs deſiſtē a meliori bono. s. iam ppoſito qd̄ fit p incōſtātiā ptinet ad īprudentiā. ſ prudentia ē ṽtus. ḡ īprudētia que ſibi ɔ̄riatur ē pctm̄. Et ſic p₃ primū de incōſtantia.

Qtū ad ſecūdū aduertendū eſt ſm Alex. de ales in ſecūda pte ſūme ſue ī tractatu de filiab⁹ pctōꝝ de filiab⁹ luxurie arti. 2°. ꝙ q̄uis īconſtātia idem videat̄ eē qd̄ inſtabilitas uel ingetudo mentis q̄s ponit Iſidor⁹ filias accidie. attn̄ incōſtantia recte dicit̄ eē luxurie filia. qa nō eſt idē incōſtantia ⁊ ingetudo mētis ſiue inſtabilitas. Inconſtātia. n. ē que ſtatū ī bono īpedit ppter aduerſa ⁊ ɔ̄ria voluntati carnis q̄ nolum⁹ ſuſtinē. Ingetudo ṽo mēt ⁊ inſtabilitas corpis ſūt ppter pſpera adipiſcēda. Et iō dicitur incōſtātia a Greḡ in moralib⁹ filia luxurie. nō qa nō cauſet̄ ex alijs vitijs: ſ qa luxuria totalit̄ extinguit vſū ratiōis. Incōſtā tia aūt q̄tū ad ſui ɔſūmationē ut dictū ē ptinet ad defectū rationis. Unde phs dic in ethicis ꝙ incōtinēs ɔcupiē totalit̄ nō audit ratiōnē. Pertinet aūt ad īconſtantiā defect⁹ intelligentie ſolertie ⁊ puidētie que ſūt ptes ītegrales prudētie. Intelligentia aūt nō ſumit̄ hic p vi ītellectus. ſ ē quedā recta eſtimatio de aliq̄ pticulari fine. Solertia eſt qn̄ ex īprobis occurrit aliqd agendū ſubito inuenire quod ɔuenit opi. Prouidētia ṽo ē reſpectu alicui⁹ diſtātē ad ea q̄ ī pn̄ti occurrūt ordināda. Deficē aūt ī eiuſmōi ptinet ad īcōſtātiā. Et iō Aug⁹ ī li° ɔ̄ Iulianū ubi allegat Amb°. ī li° de phia. ſic ait. Mat vitioꝝ oīu₃ ē īcontinētia. q̄ etiā licita ṽtit ī vitiū. h̄ ille. Et ſic p₃ ſecūdū de īconſtantia. Qtū ad tertiū ſciendū ē ꝙ īconſtātia. i. nō pmanere firmus ī ppoſito boni quod determiauit agendū ſed ab eo recedere. ex triplici cauſa pcedit. p̄ ex īordinata affectiōe. Dū n. afficit̄ hō inordinate ad iſta terrena diuitias voluptates ⁊ hui⁹mōi: īconſtās efficitur ⁊ deficit a bono ppoſito. Affectio etiā īordinata ad ppinquos facit hoīes īconſtantes ⁊ recedē a ppoſito bono pfectiōis aſſūpto. Un̄ Greg⁹ 2° li° moral. inqt. Sūt pleriq₃ q nō ſolū aliena appetūt veꝛ etiā oīa que poſſederant ī mūdo derelinquūt. ſemetipſos ɔtēnūt. nullā pn̄tis vite gloriā reqrūt. Ab h⁹mōi ſe actiōib⁹ ſepant ſ tn̄ adhuc vīculo carnalis cognatiōis obligati dū amori ppinqtat̄ idiſcrete deſeruiūt. ad ea ſepe p affectū cogitationis redeūt q̄ iam cū ppo deſpectu ſubegerūt. Cūq₃ plus q̄ necc̄ē ē carnis ppinq̄s diligāt. retracti exteri⁹ a corpis pente diuidūt̄. Nā ſepe quoſdam videm⁹ mundū ⁊ ope ⁊ pfeſſione reliqſſe. ⁊ tn̄ p īordinato affectu ppinquoꝝ ptoria irrūpere. terrenarū rerū iurgijs vacare. libertatē intime qetis relinquē. ⁊ mūdi ſtudia iam retracta repare. h̄ ille. 2° pcedit incōſtantia ex horrida tribulatione. Quis. n. ppo nat qs firmit̄ ſe habere in bonis opib⁹ ⁊ nō declinare a rectitudine ppter q̄cūq₃ aduerſa ſibi occurrētia. tamē qn

incipit pati anguſtias ⁊ dolores rece-
dit a bono ꝓpoſito aſſentiēs alicui ma
lo ut euadat mala īminētia. pꝫ exem-
plū ī Petro q negauit xp̄m. Qui ḡ ni
mis timēt ⁊ horrēt aduerſa: hi nō ſūt
apti ad vincēdū īimicos ſpūales. Nā
ſcūs Iuſtin⁹ medic⁹ ſubſtituerat mul
ta martyria ɔſtant̄ pati ꝑ fide xp̄i. ſed
ductus ad decollādū cepit expaueſcē
⁊ q̄i a ꝓpoſito recedē. ſ; cōfortat⁹ v̂bis
ſcī Vitalis reſūpto vigore ſpūs mor-
tem ſuſcepit. Et iō Apoc. 2°. dr̄. Eſto
fidelis vſq; ad mortē ⁊ dabo tibi coro
nā vite. 3° ꝓcedit īconſtātia ex ſub-
tracta delectatiōe. Cōtingit aūt ꝙ ali-
qs aſſuet⁹ ɔſolatiōib; mūdi ɔpūctus
abſtinē ꝓponit a vitijs ⁊ firmit̄ pma-
nere in via v̂tutū. ſ; tactus triſticia de
ſubtractiōe ɔſuete delectationis rece-
dens p h̄ a cōcepto ꝓpoſito boni īcon-
ſtans efficit̄. Vn̄ Iac. 4°. dr̄. Vbi çelus
i. amor īordinatus. ibi ⁊ cōtentio. ibi
inconſtantia. ibi ⁊ oē opus prauū. Et
videt̄ h̄ vitiū ptinē ad ſpāle pctm̄ qđ
dicit̄ mollicies. Dicit. n. ph̄us 7° ethi-
coꝝ ꝙ mollis dicit̄ q recedit a bono p
triſticias cauſatas ex defectu delecta-
tionū. vn̄ pſeuerātie oppōit̄. Pro cui⁹
declaratiōe dīc btūs Tho. ſcđa ſcđe. q
137. ꝙ laus perſeuerantie in hoc conſi-
ſtit ꝙ aliqs nō recedit a bono ꝓpoſito
ꝓpter tolerantiā diuturnā difficiliū
⁊ laborioſoꝝ cui opponit̄ directe ꝙ ali
qs de facili recedat a bono ꝓpt̄ aliqua
difficilia q̄ ſuſtinē nō pōt. ⁊ hoc ptinet
ad rōnē molliciei. Nā molle dicit̄ qđ
ſcē multũ debeãt odio hr̃e tales vetu-
las nõ nãm ſ; vitia eaꝝ deteſtãdo. ⁊ ni
ſi ſe correxerint debēt ꝓcurare eo mõ
q̊ ſcḋm deũ pñt ut a vicinio ſuo expel-
lant̃. Qualiť g̊ punient̃ vetule q̃ ĩtelli
gũt pctm̄ qd̓ faciũt: ſi ſic ſerpēs puni-
tus ē q nõ ĩtellexit? Sicq̇ ſerpens ĩ ore
punitꝰ ē: ſic punient̃ ⁊ ipſe. ⁊ qa vinũ
qd̓ ꝓ pctõ qd̓ faciũt bibũt. fel draco-
nũ erit vinũ eoꝝ ⁊ venenũ aſpidũ ĩſa
nabile. Ipſis etiã dicet̃. Nõ ťrã come-
des ſ; carbones oĩbꝫ diebꝫ vite tue. Et
qa ſe plantã diabolo fecerũt ut ꝑ eas
diabolus ad mulieres trãſiret. ipſe ꝓ-
ſtrate ↄculcabunt̃. Et ſic pȝ prima ra-
dix luxurie ĩ iſta pte tractãda. Se-
cũda radix luxurie ĩ iſta pte tractãda
dicit̃ meretriciꝰ ornatꝰ ⁊ femĩaꝝ laſci-
uia. Uñ ꝓv̓. 7°. ait ſapiēs. Ecce mulier
ornatu meretricio p̄parata ad capien
dũ aĩas. garrula ⁊ vaga. q̇etis impati-
ens. nõ valens in domo conſiſtere pe-
dibus ſuis. nunc in plateis. nũc iuxta

angulos inſidians· apprehenſūq; de-
oſculat̄ iuuenē ⁊ ꝓcaci vultu blandit̄
di. Victimas dn̄o deuoui hodie ⁊ red-
didi vota mea. ⁊ cet̄a ibi. Nā ſi bn̄ ꝯſi
deras maxīe hodiernis tp̄ibꝫ mulierū
ornatū. p̄mo īuenies ꝙ a plāta pedis
vſq; ad v̄ticē nō ē locus ī mulieribus
ubi nō ē laque⁹ ad capiēdū oculoſ· qđ
ſati īnuit Eccl̄iaſtes 7° ca°. ubi dr̄. Inue
ni amariorē morte mulierē q̄ laqueus
venatoꝝ ē. Mirū ē. n. quō hoc tolerat̄
int̄ fideles ꝙ mulieres ſic p̄pent ſe ad
infectionē aīaꝝ. Si qs. n. facēt foueā
ī via ⁊ eā coopiret nō toleraret̄. Fouea
aūt ꝓfūda ē meretrix. ꝓv̄. 23° ca°. 2°
īuenies ꝙ nō ē aliq̄ pars ī eis q̄ inſtar
gladij nō vtant̄ in necē ſe aſpicientiū.
Vn̄ Ierō⁹ ait. Gladi⁹ igneus ē ſpiritus
muliebris. Ex qbꝫ ſumit̄ argumentū
ꝙ vanitates mulierū hodiernis tēpo-
ribus adeo multiplicate ꝙ ex eis tot⁹
mūdus perit. valde ſūt deteſtāde ⁊ re-
probande. qa ſūt tantoꝝ ſceleꝝ origi-
nales cauſe quātū lingua exp̄mi pōt.
Quibꝫ mulieribꝫ ait Iacobon⁹ vulga-
ri ſmone. Or nō vi penſate femine col
vr̄o portamēto. Quāte aīe in queſto
mūdo mandate al pdimento. Col ſol
deſiderio ſença altro tocamento. Pur
che ſiate ī talēto ale aīe macellate. Or
nō vi penſate femīe come grāde p̄de.
Tollite a Ihesu xp̄o dolce ſiro. Date
grande ferite ſue del diabolo ſollicite
ſuite. h̄ ille. Ex qbꝫ ꝯcludit̄ ꝙ ⁊ ſi ta-
les vanitates de ſe nō eſſent male· etiā
ſūt ꝓhibende qa inde ſeqt̄ malum· ut
ꝓbat̄ de iure iurā. c. ⁊ ſi xp̄s. 21. diſ. c.
deniq;. diſ. 37. c. ideo. 41. diſ. c. qſquis.
2. q. 7. c. p̄ſumūt. xi. q. 3. c. nolite. 24
q. 3. c. deus q. In ſti. de vi bonoꝝ rap. §
ſ ne dū. Itē argumentū h̄r ad h̄ ꝙ ali-
quo ꝓhibito ꝓhibent̄ oīa p que pue-
nit̄ ad illud. ar. de cle. cōiu. c. diuerſis
fallacijs. ⁊ de ꝓcura. c. tue. ⁊. ff. de tu-
to. ⁊ curato. datis ab his. l. ſcire. ⁊ de
bonis libertoꝝ. l. querit̄. ⁊ de petitiōe
hereditatis. l. ſ ⁊ ſi lege. §. itē ſi rē. ⁊ de
pactis. l. q đ dictū. ⁊. C. de naturalibꝫ
liberis. l. legē. in fi. C. de vſ. l. eos. ī fi.
Si igit̄ ꝓhibita ē luxuria· ꝓhibite ſūt
⁊ vanitates hodierni tēporis ad luxu-
riam īducētes. ⁊ alia multa mala per-
trahentes. O igit̄ mulieres inſenſate.
O arma diaboli. O expulſio paradiſi.
O origo peccati. O fons corruptionis.
O cauſa humane miſerie ⁊ dānatiōis.
O corda ferrea. O mētes ſaxee. O pec
catrices ribalde vſq; quo p̄manebitis
in fecibus pctōꝝ vr̄oꝝ! Nūqd potuit
vos deus ꝯuertē! Clamat quotidie ⁊
tot anni ſūt qbꝫ iā clamauit p ſuos p̄-
dicatores: Cōuertimī· cōuertimī. Si-
nite caudas· relinqte vāitates· dimit-
tite cornua. ⁊ noluiſtis audire. Quid
ḡ facietis q̄ habetis capita diabolo du
riora. An ignoratis qa benignitas dei
ad pn̄iam expectat vos! Et niſi pn̄iaꝫ
egeritis oēs ſimul p̄ibitis. Qui vult ḡ
caſte ⁊ continent̄ viuē fugiat cū mu-
lieribus ſupflue ſe ornātibꝫ ꝯuerſare.
Et ecōuerſo fugiāt mulieres iuuenes
pollitos ⁊ īmoderate ornatos. Unde
Ouidius li° p̄ de remedio amorꝫ inqt.
Decipimur cultu· gemmis· auroq; te-
gunt̄ oīa. Pars mīma ē ip̄a puella ſui.
h̄ ille. Et Iuuenalis li° 4°. hoc idem af-
firmat dicēs. Rara ē concordia forme
atq; pudicitie. Et iteꝝ Tulli⁹ lib° 3°. de
tuſculanis qōnibꝫ ait. Flagitij princi-
piū ē ut ait Enni⁹ inter ciues nudare
corpora. hec ille. Abſcidant̄ igit̄ iſte ra
dices luxurie ut caſte ⁊ cōtinenter vi-
uendo grām ꝯſequamur ī pn̄ti ⁊ glo-
riam in futuro ſeculo ſeculoꝝ. Amen.

¶ Dñica eadē infra diē. de diffinitiōe 7 originatione auaritie Sermo 79.

OMne quod ē ī mūdo aut eſt ↄcupiſcētia carnis aut ↄcupīa oculoꝝ aut ſupbia vite. Iteꝝ ubi ſ. Scdm ſniam Iohis frēs cariſſimi in ṽbis ꝓpoſitis: Oē qđ ē ī mūdo ꝛc. ſeqꝛ pꝰ tractatū đ ↄcupīa carnis 7 ſupbia vite tractare đ ↄcupīa oculoꝝ i. auaritia. De qua tāto latiꝰ 7 diffuſiꝰ ē dicēdū quāto pctm̄ ē generalius 7 magis aīaꝝ corruptū inclinās 7 pfectionē īpediens 7 multos in etnū perimēs. Nā Ambꝰ nr̄ in liᵒ 2ᵒ de officijs. caᵒ 25ᵒ ait ſic. Ceteꝝ ita incubuerunt mores hoīuꝫ ad admirationem diuitiaꝝ ut nemo niſi diues honore dignꝰ putet'. Neqꝫ hic recēs vſus ē 7 iam dudū qđ peius ē inoleuit h vitiū humanis mētibꝫ. Siqdē cū Hierico magna ciuitas tubarū ſacerdotaliū ſono corruiſſet. 7 Iheſus naue potiret' victoria cognouit infirmatā eſſe ṽtutē populi ꝓpter auaritiā atqꝫ auri cupiditatem ꝛc. Siqdē multoꝝ aīe ad tartara currūt ob falſam deceptionē bonoꝝ temporaliū q dulcedīe ſua ita alliciūt animas ut nihil de celeſtibꝫ curēt. Nec ē int' alia bona mūdi aliqđ bonū ita efficax ad hꝰmodi peſtē ſicut tpales diuitie. Illas nāqꝫ ut plurimū hoīes appetūt pauci uel nulli ↄtēnūt. Qđ vidēs Hieremias 8ᵒ dicebat. A maiori vſqꝫ ad minorem oēs auaritie ſtudēt. Et a ꝓpha vſqꝫ ad ſacerdotem cūcti faciūt dolū. Hoc vtiqꝫ q̄ malū ſit pꝫ ex fine. Nā inordinatꝰ diuitiaꝝ amor egeſtatem grē inducit. 7 ad pditionē glorie eterne 7 ↄſecutionē gehēne ptrahit. Vñ ꝓpheta pſ. 33ᵒ inqt. Diuites. i. auari eguerūt. ſ. grā dei in h mūdo. 7 eſurierūt glīa regni celoꝝ qua ſūt priuati. De qua auaritia ī pñti ſermōe ꝓ pncipio tres breues conſiderationes ānotant' quaꝝ

Prima dicet' diffinitio.

Secūda vō declaratio.

Tertia aūt originatio.

¶ Pars pma huiꝰ ſermonis. in q̄ ponūt' tres auaritie diffinitiones.

PRimo igit' in iſto ſermōe circa auaritie diffinitionem aduertendū ē q tres repiūt' de auaritia famoſe diffinitiōes. Prima ē Tullij ſic di. Auaritia eſt inordinatus amor pecunie. Secūda ē Gregꝭ. ī quadā omel'. ſic di. Auaritia ē inordinatꝰ appetitꝰ nō ſolū pecūie ſ etiā ſcīe 7 altitudinis 7 cuiuſcūqꝫ boni tpalis cuiꝰ pciū pōt pecūia menſurari ut cū ſup modū ambit' poteſtas. Tertia eſt apli i. ad Thimo. 6ᵒ. Radix oīuꝫ maloꝝ ē cupiditas. i. auaritia. Iſtaꝝ diffinitionū rōnē 7 ſufficiētiā aſſignat Alex. nr̄ ī ſecūda pte ſūme ī tractatu de auaritia. arti. p. 7 btūs Tho. ſcda ſcde. q. 118 arti. 2ᵒ et iteꝝ in qōnibꝫ diſputatis de malo. đ auaritia. arti. p. ſ. q ad dictaꝝ diffinitionū declarationem ſciendum q auaritia capit' tripliciſ. qa aliqñ eſt ſpāle pctm̄. aliqñ ē gnāle pctm̄ uł genus oīs pcti. aliqñ nō eſt pctm̄ ſed radix pcti. p̄ mō ſumit' auaritia ꝓut ē ſpāle pctm̄ diſtinctū a ceteris. 7 ſic currit pma diffinitio q auaritia ē inordinatꝰ amor uel appetitꝰ pecunie. Unde Iſidorꝰ libᵒ ethimologiaꝝ dic q auarꝰ dr̄ qi eris auidus. Et Augꝰ 14ᵒ de ciui. dei. dic q auaritia eſt libido habendi

pecuniā. Ubi dīc Alex. ubi s̄. ꝙ ibi nō
accipit̄ gnālit̄ auaritia ſ; p bono muta
bili ſubiacēti fortūe. Et iō noīe pecūie
ītelligūt̄ oīa q̊rū dn̄i ſum⁹. Un̄ Aug⁹
ī li° de libo arbitrio. 17. q. 3. c. totū. ait.
Quicqd hoīes ī ťra hn̄t oīa quoꝝ dn̄i
ſūt. pecūia vocat̄. Hinc etiā Alchinus
inqt. Auaritia eſt nimia acqrendi ha-
bendi retinēdiq; cupiditas. Dicit̄ aūt
auaritia q̄ſi auiditas auri. Et dicit̄ ab
aueo aues qd̄ ē cupio cupis. Inde aua
rus q̄i varas hn̄s man⁹. i. curuas. 2°
mō ſumit̄ auaritia large put ē gnāle
peccatū ⁊ genus ad oē pctm̄. ⁊ ſic cur-
rit ſecūda diffinitio Gregꝗ. Auaritia ē
īordinat⁹ appetit⁹ nō ſolū pecunie ⁊c.
Et iō Durādus nr̄ ī ſūma li° p̊. pte. 6
diſ. i. dīc ꝙ auaritia ē īordinat⁹ amor
hn̄di. Nā p hāc hn̄di pticulā nō ſolū
exťiora bona q̄ noīe pecunie ītelligūt̄
ītelligē debem⁹. ſ; ad oēm inordinatū
appetitū cuiuſcūq; rei. auaritiā āplia-
re ncce ē. Et ſi dicat̄ ꝙ auaritia ſm̄ h°
nō videt̄ differre a ſupbia q̄ ppe dicit̄
appetit⁹ excellētie. Ad h° reſpondetur
ſm̄ Alex. ubi s̄. arti. p̊. ꝙ h° nō ſequit̄. ſ;
vtiq; dīſa pctā ſunt ſupbia ⁊ auaritia
etiā gnālit̄ ſūpta. Supbia. n. ē inordi-
nat⁹ appetit⁹ circa ſciam. potentiā. pe-
cuniā ⁊ alia q̄ ad excellētiā quā quis
ꝯſeqt̄ ex illis. Sed auaritia ē īordina-
tus appetit⁹ circa p̄dicta q̄ ad ſufficien
tiā q̄ intendit̄ ī illis ī acqrēdo ul' reti-
nēdo ipſa tpalia. Differūt etiā ī h°. qa
ſupbia reſpicit pctm̄ ex pte auerſiōis
a deo cui⁹ pcepto ſubdi recuſat. Aua-
ritia v̊o reſpicit pctm̄ ex pte īordina-
te cōuerſionis ad cōmutabile bonū ꝙ
pecunias īordinate diligit. 3° modo
auaritia ſumit̄ nō put ē pctm̄ ſ; put ē
radix pcti. Et ſm̄ hāc acceptionē aua
ritia nō ē aliud niſi q̄dā inclinatio na
ture corrupte ad bona corruptibilia ⁊
tēporalia inordinate appetēda. Et iō ē
ťtia diffinitio apl̄i s̄. ſignata vbi dicit
Alex. ꝙ alia lrā dicit. Radix oīuz ma-
loꝝ ē auaritia. eo videl; ꝙ ex auaritia
ut frequēti⁹ pctā alia oriant̄ ad ſīlitu-
dinē radicis. qa ſicut radix toti arbo-
ri alimentū p̄ſtat. ſic hō p diuitias ac-
qrit facultatē qd̄cūq; pctm̄ deſiderā-
di ⁊ ppetrādi. ut dīc Leo papa. diſ. 47
c. Uirū catholicū ⁊ p̄cipue dn̄i ſacer-
dotē ſicut nullo errore: ita nulla cupi
ditate īplicari o;. i. detineri ⁊ īpediri a
ſpūalib;. Sed qa iſta pticula lati⁹ diſ-
fūdet̄. ī. hic tm̄ ſufficiat recitare dictū
Amb°. ſup Bti īmaculati. ſic di. Inflā-
mauit cor tuū ut ꝯphenderes q̄ man-
datoꝝ celeſtiū ratio. q̄ aīe ſubſtantia
q̄ fuťe vite gr̄a. in q̊ ſtatu p⁹ h° erim⁹.
Erige g̊ mentē. vtere nāli ingenio. ad
imaginē dei factus es ut ſupna aſpici-
as. ťrena nō q̄ras. Noli curuare ceruī-
cem tuā mūdi p̄mendā pondē. Noli
inhiare auro atq; argēto ne te ſeculis
ad ligādū p̄beas. Iō dixit dn̄s. Noli-
te poſſidē aurū atq; argentuz. nec vos
auri atq; argēti cupiditas auara poſſi
deat. Noli g̊ inſerē collum tuū diaboli
laq̄is. ſtrangulat auaritia pauperē ī h°
ſeculo. ſ; in ppetuū diues ſuis laqueis
ſuffocat̄. cui⁹ ſenſus ī vanitate ē. in te-
nebris ambulat q ī his laborat q̄ ſibi
pdeſſe nō pn̄t. h° ille. Et ſic p; ps p̄ma
hui⁹ ſermonis.

¶ Pars ſecūda hui⁹ ſermonis. ī q̄ ponūt̄
aliqua dubia ad declaratōz p̄dictoꝝ.

SEcūdo ī iſto ſmone ad decla
ratione p̄dictorū q̄rendū eſt
An. s. vn⁹ auar⁹ pl⁹ peccet cō
gregando q̄; alius. Ad cuius dubij

declaratione ſm Alex. ubi s. arti. x°. po
nūt q̄tuoꝛ caſus. q̊rū pm⁹ ē talis. Duo
ſūt auari. vn⁹ pl⁹ hñs. ⁊ alt minus eo.
⁊ vterq; eoꝝ amittit. quis eoꝝ plus
peccat ī amittēdo? Rñdet q̄ in h̄ ca
ſu ſi reſpicim⁹ ad cupiditatē. tunc ubi
plus ē de cupiditate. ibi ē pl⁹ ꝺ culpa.
ſ maioꝛ cupiditas ē ī illo q pl⁹ amiſit
q̄ȝ in illo q min⁹. qm̄ quātitas cupidi
tatis ſeqt̄ quātitatē rei cōcupite. g̊ cū
ille q plus pōt ⁊ plus amittit plus ha
beat de cupiditate videt̄ q̄ pl⁹ peccet.
Si v̊o reſpicim⁹ ad affectionē ſic plus
pōt peccare ille q min⁹ amittit. Cuius
rō ē. qa amoꝛ eſt cā doloꝛis. Ait enim
Aug⁹. Neccē ē ut tātū vrat doloꝛ quā
tū inheſerat amoꝛ. ſ aliqñ tantā affec
tionē uł maioꝛē pōt habere iſte paup.
circa pauca que hȝ q̄ȝ habeat diues cir
ca multa q̄ hȝ ⁊ amittit. Et ſic pȝ pm⁹
caſus. z⁹ caſus ē talis. s. de ꝯgregā
do ſupflua. Sūt nāq; duo paupes aua
ri. ⁊ vterq; ꝯgregat ſupfluū. ſ vn⁹ vſq;
ad mille. alt vſq; ad centum. vn⁹ vſq;
ad decē milia. alter vſq; ad. zooo. ⁊ ſic
ꝺ aliis diſcurrēdo. qs eoꝝ pl⁹ peccare
videat̄. Rñdet̄ q̄ ſimpliciť loquēdo
ille auar⁹ qui congregat vſq; ad mille
pl⁹ peccat q̄ȝ ille q ꝯgregat vſq; ad cen
tū. ⁊ ille q cōgregat vſq; ad decē milia
q̄ȝ ille q vſq; ad. zooo. młtiplicat. Qꝺ
ꝓbat̄ triplici rōne. Prima ē ex parte
medii. qa tanto pctm̄ ē grauı⁹ quāto
magis recedit a ꝓp̄etate v̊tut. ſ v̊tus
ſm phm ī ethicis cōſiſtit ī medio. Cū
igiť talis magis recedat a medio ⁊ cō
ſequent a v̊tute. ſeqt̄ q̄ magis peccet.
z° ex pte dāni qꝺ facit. Tanto mag
graui⁹ eſt pctm̄ quāto magis dānifi
cat aliū. ſ mag dānificat aliū q habet
īiuſte mille q̄ȝ q hȝ tm̄ cētū. igitur ⁊c.
3° ex pte pncipii. Ut. n. dictū ē s. cu
piditas pncipiū ē peccādi ſm apłm. ſ
ubi ē maioꝛ cupiditas ibi ē maioꝛ cul
pa. ſ in eo q plus acqrit ē maioꝛ cupi
ditas. qa creſcit amoꝛ nūmi quātū pe
cunia creſcit. ait glo. ꝓv̊. 3o. g̊ ē maioꝛ
culpa. Et ſic pȝ z⁹ caſus. 3⁹ caſus eſt
talis. Sūt duo clerici. vn⁹ ē ꝯtēt⁹ vni
cō bñficio. tñ qa auar⁹ ē pauca expen
dit moderate ⁊ tpate. ⁊ ut ita dicā mi
ſerrime viuēdo moꝛe floꝛētinoꝝ qui
emunt decem vncias carnis ⁊ coquūt
eas ī mane ⁊ tm̄ bꝛodiū ī pꝛādio come
dūt. carnes v̊o frigidas ī cena cū īſali
tino edūt. ⁊ ſic talis cleric⁹ qa młta cu
pit multa cōgregat. Alt v̊o vult habē
multa beneficia. tñ ut ꝓdigus oīa ſua
expendit multos eq̊s ⁊ mulas pīgues
tenēdo. ⁊ varios atq; lautos cibos ꝯti
nue comedēdo. q̄rit qs eoꝝ plus pec
care videat̄. Rñdet̄ q̄ ille q pluta be
neficia hȝ abſolute loquēdo plus pec
cat. p̊ qa vnicū beneficiū videtur eē
deputatū vni ⁊ non pła. qa vni⁹ eccłie
dȝ tm̄ vnū eē caput. ſicut vni⁹ vxoꝛis
debet eē tm̄ vn⁹ vir. g̊ q plura bñficia
hȝ ⁊ ꝯſequēť pluriū eccleſiaꝝ ē caput
magis peccat. z° qa q plura beneficia
hȝ in ſcandalū plus congregat q̄ȝ alter
ut patet iſtis tpibꝫ. qa tot⁹ mūd⁹ ſcan
dalıçat̄ de clericis ⁊ płatis tot ⁊ tanta
beneficia hñtibꝫ ⁊ male viuentibꝫ. Et
ſic pȝ 3⁹ caſus. 4⁹ caſus eſt talis. Eſt
tēpus famis ⁊ ſūt multi paupes. Eſt
etiā theolog⁹ p̄dicatoꝛ hñs plures li
bꝛos theologie in qbꝫ ſtudet ut poſſit
ꝯſulere ⁊ p̄dicare. nūqd talis īminēte
hac pauptate debet libꝛos vēdē ⁊ pau
peribꝫ dare ⁊ ꝯſilia uel p̄dicatiōes di
mittē? Rñdet̄ q̄ lȝ p̄dicare ſit ex ſuo
genere maius bonū q̄ȝ elꝭas dare eo q̄
elemoſyna ſpūalis ē melioꝛ elꝭyna coꝛ
poꝛali. tñ īminēte nccītate melius eſt

elemoſynā dare ꝙ̄ p̄dicare. imo quia
cū paucis libꝛis pōt p̄dicare uel doce.
2° poſito ꝙ eſſet ita ignar⁹ ꝙ neſciret
ſine libꝛis p̄dicare· deberet ad tēp⁹ ab-
ſtinere a p̄dicatiōe ut paupib⁊ ſubue-
niret· niſi ſciret ꝙ ꝑpt defectū p̄dica-
tionis irent hoīes in ꝑditiōes. tūc enī
in iſto caſu debet libꝛos retinē ⁊ non
vendere· ſi eū moueret zelus aīaꝝ nō
cupiditas libꝛoꝝ. Hec oīa ſcd̄m Alex.
ubi ſ. q addit ad h̄ imediate. Qꝛ ꝙ̄uis
rex poſſit multa ↄgregare ad tuitionē
ſui regni· qꝛ ↄſtitut⁹ ē ad h̄ ut ſubdi-
tos in pace cuſtodiat ⁊ ab aduerſariis
tueat᷑. Nō tn̄ eṗs pōt multa cōgregare
ad tuitionē ſue ecc̄ie. qꝛ eṗs debet ſp̄
res eccleſie in vſus eccleſie cōuertere.
⁊ h̄ qdē facit cū dat paupib⁊. Et ideo
Amb⁹ nr̄. 12. q. 2. in. c. aurū. dic. Auꝝ
habet eccleſia nō ut ſeruet ſed ut ero-
get ⁊ ſubueniat nccītatibus. Et Jero⁹
ad Nepotianū. 12. q. 2. c. gl'ia epi. ait.
Gloꝛia epiſcopi ē pauperū nccītatib⁊
ꝓuidere opib⁊. Ignominia ſacerdotis
ē ꝓpꝛiis ſtudere diuitiis. Et. 82. diſ. c
eṗs. dr̄. Epiſcopus paupibus uł infir-
mis q debilitate faciente ſuis manib⁊
laboꝛare nō p̄nt: victū ⁊ veſtitū inꝙ̄-
tū ſibi poſſibile fuerit largiat᷑. hec ibi.
Et ſic pꝫ ps ſecūda hui⁹ ſmonis.

¶ Pars tītia hui⁹ ſmonis. in q̄ ponūtur
tres radices ex qb⁊ oꝛit᷑ auaritia.

Tertio ī iſto ſmone circa aua-
ritie oꝛiginalē ꝓceſſionē ad-
uertēdū ꝙ tres ſūt ipſi⁹ radi-
ces ex qb⁊ oꝛiginat᷑· quarū Pꝛima dr̄
fomes iniqtatis. Secūda timoꝛ paup-
tatis. Tertia obliuio moꝛtis. Pꝛima
ḡ radix auaritie dicit᷑ fomes iniqtatis
Quis. n. ſm Alex. ubi ſ. arti. 3°. dē pec-

catū ſit ↄ nām ꝑmit⁹ inſtitutā ⁊ etiā
auaritia. tn̄ ex nā coꝛrupta a pctō pꝛi-
moꝝ parentū ita ipſa nā hūana cōcupi-
ſcibilis facta eſt ut nil oꝛdinatū nihil
iuſtū ī motib⁊ ei⁹ retineat. Vn̄ ſicut q
febꝛes paſſus ē ꝙ̄ꝙ̄ ī cōualeſcētia ve-
nerit· nihilomin⁹ ad malū remaneret
pꝛon⁹. Et ex ↄcupīa ī motib⁊ ei⁹ inoꝛ-
dinata adeo ut q̄ p⁹us nihil vltra ipſi⁹
debitū deſiderauerat: nūc ex oīb⁊ mū
di reb⁊ ſatietatē non accipiat ut pate-
bit. Vn̄ Alex. macedoni⁹ aiebat. Mū-
dus nō ſufficit hoī. Et ꝑfecto ſic ē. Nā
ſp aliqd vacuitaꝭ ī hoīuꝫ appetitu re-
perit᷑. qꝛ cū qs vineam hꝫ· toꝛcular in
ea reqrit. Qd̄ ſi ademptū fuerit· turrī
ibi edificare deſiderat. Et ut Sen̄. dic.
Alta cupiditas ex fine alterius naſcit᷑.
Et ut Ber. inqt. Auar⁹ t̄rena eſurit ut
mēdicus· fidelis ↄtēnit ut dn̄s. Et ſic
patꝫ ꝑma radix auaritie. Secūda ra-
dix velut alta q̄dam auaritie genitrix
dicit᷑ timoꝛ pauptatis. Scutū. n. aua-
roꝝ eſt dicē. Diuitias volo cōgregare
ꝑpt ſenectutē uel īfirmitatē ut Jobes
Climac⁹ ait. Et q̄ſi diffidentes de deo
auari miſeri eoꝛū foꝛtitudinē ⁊ auxi-
liū appellāt pecunias. Vn̄ ꝓv. x°. dicit᷑.
Subſtātia diuitis vrbs foꝛtitudīs ei⁹
pauoꝛ paupū egeſtas eoꝝ. Qd̄ abſur-
dū btūs Job ī ſeipſū exiſtimās. 31° ca°.
dicit. Si putaui auꝝ robur meū ⁊ ob-
rizo. i. auro ꝑfecto ⁊ ſplēdido· dixi: fi-
ducia mea. Si letat⁹ ſum ſup diuitiis
meis. Sicut diues ille d̄ quo Luce 12°.
ca°. ſcriptū ē ꝙ ex abundantia tēpoꝛa-
liū letabat᷑ di. Aīa mea habes mlta bo
na repoſita ī annos plurimos. requieſce
comede· bibe· epulare. Dixit autē illi
deus. Stulte hac nocte repetēt animā
tuā a te· que aūt paſti cui⁹ erūt? Et id̄
nullus hō debet in diuitiis ſpem ponē

nec de pauptate timere ſꝫ in deo ſpare
⁊ cogitatū ſuū ī ipſo iactare q oēs nu-
trit non ſolū creaturas rationales ſed
etiā irrationales. Et iō ait Aug⁹ ſuper
ps. 105°. Paupes dei vere dicūť q non
niſi in illo ſolo ſpem hn̄t: in quo ſolo
ſpes nō fallitť. cui nūq̄ꝫ ſuccedit. qa nō
pōt mori. nec ipſe falli nec fallere pōt.
Tales ⁊ ſi videntť habere multa ſcd̄m
ſeculū. bene tn̄ ea gubernāt ad refec-
tionē paupeꝝ ut inter paupes nume
rentť. h̄ ille. Et ſup ps. 125°. idē inquit.
Abūdantius hn̄t paupes in hac vita.
Plus ē. n. paupi videre celū ſtellatum
q̄ꝫ diuiti tectū iauratū. Et iō dic̄ Epi-
curus. Si cui ſua nō videntť āpliſſima
lꝫ totius mūdi dn̄s ſit tn̄ miſer eſt. Et
iō idem ipſe Epicurus inqt. Honeſta
res ē leta pauptas. Illa v̂o nō ē paup-
tas q̄ leta nō ē. Et Varro Marc⁹ inqt.
Non eſſemus paupes ſi neſcirem⁹ qd
eſſet pauptas. Neſcire qd eſt pauptas
optim⁹ ē ad ſūmas diuitias pgreſſus.
Non ē miſer niſi qui ſe eſſe credit. hec
ille. Null⁹ ḡ timore pauptatis ad aua
ritiā inhiare debet. Et ſic pꝫ ſecūda ra
dix auaritie. Tertia radix ⁊ alia aua-
ritie genitrix dr̄ obliuio mortis. Vn̄
Ber. hanc ⁊ alias auaritie radices ex-
plicat. di. Auaritia rotis vehiť q̄tuor
vitioꝝ q̄ ſūt puſillanimitas. inhuma-
nitas. ɔtēpt⁹ dei. ⁊ mortis obliuio. Et
iō ꝯ iſtam peſſimā auaritiā ait Jero⁹
ad Paulinū. Facile ɔtēnit oīa q ſe ſp
cogitat eſſe moriturū, qa ſm ſapientē
pꝰ. xi°. Nil pderūt diuitie ī die vltio-
nis. Et Virgilius inquit maximus ⁊
exími⁹ poeta. Defūctūq̄ꝫ leues nō co-
mitantť opes. Et Pytagoras phs dic.
Breuis etatis ē auaro nihil de ſuo uti
licere. Et iterū. Mors repentina furi-
būda calamitas admittiť anteq̄ꝫ ſpatꝰ

pualet dum nō ſuſpicatť. Et iō ſm Jo-
hannē Criſo. de memoria morꝭ ꝯ trā-
ſitu aīe. Pēſandū ē quippe cū iam pec-
catrix aīa vinculis īcipit carnis abſol
ui. q̄ꝫ amaro tꝛore ɔcutitť. quātis mor-
dacis conſcīe ſtimulis laceratť. recolit
vetita q̄ cōmiſit. videt mandata q̄ ne-
gligentť īplere ɔtēpſit. ⁊ cetā ibi. ut pꝫ
in ſmonario de pn̄ia ī tractatu de cru
delitate mortis. Qui vult ḡ ɔtēnē aua
ritiā. iugiť ad mētē reuocet morꝭ in-
ſtantiā. Nā Aug⁹ ī lib° de ɔflictu vi-
tioꝝ loquēs ꝯ auaritia ſic ait. Qui ni-
mirū auaritie morbus nūq̄ꝫ meli⁹ cō-
peſcitť niſi cū dies mortis ſine obliuio-
ne meditatť. cū qualis p⁹ modicū in ſe-
pulchro futurus ſit hō ɔſideratť. Hoc
certe fixū manebat illi⁹ in memoria q
dicebat: Hō putredo ⁊ fili⁹ hōis ver-
mis. Ab illi⁹ memoria nō recedebat q
dicebat: In omnibꝫ opibus tuis me-
morare nouiſſima tua ⁊ in eternū nō
peccabis. Et iteꝝ idem Aug⁹ ī li° ꝑ de
v̂bis dn̄i ſmone. 21°. dicit. Neceſſe ē ut
moriamur: ſꝫ qn̄. neſcim⁹. Pena certa
ē. hora incerta. Et de iſta pena ſolū cer
ti ſum⁹. In rebus. n. humanis cetā nr̄a
⁊ bona ⁊ mala incerta ſunt. ſola mors
certa ē. Vbiq̄ꝫ ē. forte erit. forte nō erit.
Nūqd potes dicere forte moriet. forte
nō moriet? Quō medici qn̄ inſpexe-
rint valitudinē ⁊ mortiferā eē cogno
uerint h̄ pnūciant: Morietť inde, non
euadet. Ita exq̄ naſcitur hō dicendū ē
nō euadet. qn̄ natus fuit cepit egrota
re. qn̄ mortu⁹ fuerit finit qdē egritu-
dinē ſꝫ neſcitť vtrū pgat ad maiorē. Fi-
nierat diues ille egritudinē delitioſaꝫ.
ſꝫ venit ad tortuoſam. Paup ille fini-
uit egritudinē temporalē ⁊ puenit ad
etnā ſanitatē. Et lib. 50. omel. omelia
13. iteꝝ dicit. De⁹ diē morꝭ ſalubriter

incertū eē voluit ut ſuū diē vltimū ſalubriter vnuſqſqz recogitet. Miſericordia dei ē qa neſcit hō qn̄ moriat̄. Latet enī vltim⁹ dies ut obſeruent̄ oēs dies. Si tenet te mūd⁹ illecebre circūquaqz blandiūtur. Delectat honoris fulgor. Delectat potētie terror. Delectāt oīa iſta. Sed audiat̄ apl's. Nihil intulim⁹ in hūc mūdū ſ nec auferre aliqd poſſumus. H ille. Et iō ſaluator nr̄ q mūdus fuit a pctō auaritie 7 aliis peccati dicebat in euāgelio Joh. 8°. turbis iudeorū 7 pncipib⁹ ſacerdotū. Quis ex vobis arguet me de pctō? q̄ſi di. null⁹ Si vitatē dico ut. s. nō debeatis ſequi auaritiā ſed poti⁹ ɔtēnere iſta temporalia. quare non creditis mihi? q̄ſi di. Si crederetis. credendo autē vtiqz pficeretis. quod pficiendo gratiam haberetis in pn̄ti 7 gloriā in futuro ſeculo ſeculoꝝ. Amen.

¶ Feria ſecūda poſt dn̄icam de paſſione. de offenſione 7 culpabilitate auaritie. Sermo 74⁹

OMne quod eſt in mūdo ꝛc. Jteꝝ ubi ſ. Jnchoata frēs cariſſimi materia ipſi⁹ iniq auaritie ſup illa pticula vboꝝ pdictorū Johis qn̄ dicit ɔcupiā oculoꝝ. Querit̄ qre a ſenſu viſus dicat̄ auaritia. Nō. n. videt̄ h ɔuenire auaritie cū cecus poſſit peccare pctō ipſius auaritie. Et ita auaritia ſiue ɔcupiā oculoꝝ nō videt̄ ſpeē ſm ſenſus viſus. Ad qd̄ breuit̄ rn̄det̄ ſm doctrinā Alex. ubi ſ. arti. 4°. 7 ſm Aug. in li° de libo arbitrio. q aīa debite cōuertit̄ cū. ſ. ad deū ɔuertit̄. aut indebite cū. s. ad creaturam nō referēdo ad increatū. ſ tunc aut cōuertit̄ ad bonū ppriū interi⁹. 7 ſic ſumit̄ ſupbia vite. aut ad exterius. 7 ſic ſumit̄ ɔcupiſcentia oculoꝝ. aut ad inferius. 7 ſic ſumit̄ ɔcupiſcentia carnis. Quia g̊ bona exteriora maxime apphendunt̄ a ſenſu ipſi⁹ viſus. ſm q dicit phs p̊ metaph. q certior eſt aliis 7 plures rerū differētias nobis oſtendit. Vn̄ 7 Thomas dixit Joh. 20. Niſi videro 7 tetigero ꝛc. Jdcirco cōcupiſcentia iſta auaritie pprie dicit̄ ɔcupiſcentia oculoꝝ. Nec valet qd̄ obiicit̄ de ceco. Licz. n. color rei nō poſſit puenire ad viſū hui⁹ ceci tn̄ cognitio huius viſus pōt deuenire ad oculū aīe interiorē. Bn̄ igitur dicit Johes. Oē qd̄ ē in mūdo ꝛc. Cui⁹ concupiſcētie ſiue auaritie determinata qditate 7 originatione: ſeqt̄ ordine congruo pcedentes ad declaratione pdictoꝝ de ipſi⁹ culpabilitate 7 offenſione ptractare 7 qn̄ ſit culpabilis 7 mortalis īueſtigare. vn̄ in pn̄ti ſermōe tres ɔcluſiones annotabimus.

Prima dicet̄ culpabilitas.
Secūda vō dicet̄ pncipalitas.
Tertia aūt dicet̄ mortalitas.

¶ Pars pma hui⁹ ſmonis. in qua ponit̄ iſta concluſio q auaritia eſt peccatum 7 culpabilis.

PRimo igit̄ in iſto ſermōe ponit̄ iſta ɔclo q auaritia ē peccatū. Et declarat̄ ſic ſm Tho. ubi ſ. arti. 2°. Jn qbuſcūqz reb⁹ bonū ī debita menſura ɔſiſtit. neceſſe ē in eis puenire malū 7 exceſſū uel defectum illi⁹ menſure. Vn̄ cū bona temporalia ad finem aliquē ſint ordinata. neceſſe eſt q in eis accipiat̄ menſura put fini ad quē bona hui⁹modi ſunt ordinatā

cōpetit·ſicut medicina ſanitati cōme-
ſurari debet.Bona aūt tpalia debēt ap
peti acqri ⁊ teneri ꝑut neceſſaria ſunt
ad ↄſeruationē vite. Et ideo exceſſus
uel defectus appetit⁹ huiuſmōi eſt pec
catū.Vn̄ formatˀ ſic rō.Appetitus inor
dinatus.s.cui⁹cūqꝫ boni tpalis ſupra
modū debitū uel menſurā.i.ſup ea q̄
neceſſaria ſūt ad vitā·eſt pctm̄.ſꝫ aua-
ritia ē inordinatus amor habendi uel
acqrendi pecunias uel alia bona tēpo-
ralia ut dictū eſt ſ.g̃ auaritia ē pctm̄.
Et ideo ī ps.dicitˀ. Diuitie ſi affluant
nolite cor apponere.vbi glo.inqt.Vos
q diuitijs redūdad tanqꝫ de pleno fon
te currāt.Nolite cor apponere.i.affec-
tū inordinatū.Super quo dicit Aug⁹.
Nō dicit.Diuitias nolite habere.ſꝫ cor
apponere. Nō.n.dānat diuitias habē
ex qbus meremur celū.ſꝫ cor apponere
i.inordinate eas diligere.Vbi nota ꝙ
aliud ē diuitias amare ⁊ nō habē.ali-
ud habē ⁊ non amare.aliud nō habe-
re nec amare.aliud amare ⁊ habē.Pri
mū.n.ē vanū ⁊ infructuoſū·iuxta il-
lud Eccleſiaſtes.5°.Qui amat diuitias
s.nimis·fructus nō capiet ex eis.Nā
neqꝫ hꝫ cōmoditatē ex vſu earū cū eas
nō poſſideat.nec fructū ex patiētia ex
defectu eaꝝ.ex q̄ amat ⁊ cupit habere
p oēm modū quem poſſit. Secūdū.s.
habere diuitias ⁊ non amare eſt labo-
rioſū.Vn̄ dicitˀ Eccl.31°ca°.Beatus vir
s.diues q īuent⁹ ē ſine macula.i.inor-
dinati amoris.⁊ q poſt aurū nō abijt.
Quis ē hic ⁊c.qi di.pauciſſimi.Talis
fuit Abrahā q erat diues in poſſeſſiōe
auri ⁊ argenti.Et Iob q ut patuit ex p̄
ca°.ſui libri ex amiſſione ipſaꝝ reꝝ nō
fuit pturbatus. Tertiū.s.nō habere
nec amare ē pfectū.Vn̄ dic Sen̄.Non
ē paup cui quātulūcūqꝫ paꝝ ſatꝫ ē.Et
ſubdit.Supflua habere cupiditatis ē.
neceſſaria habere infirmitatis.oīa re-
linquere pfectionis.hꝫ ille.Sic fecerūt
apli.Vn̄ Petrus ī pſona oīuꝫ dicebat
Math.19°ca°.Ecce nos reliqmus oīa ⁊
ſecuti ſumus te.Quid g̃ erit nob? Et
iō dicit Criſo⁹ ſup Math.Si bonū eēt
auꝝ·hoc vtiqꝫ dediſſet aplis xp̄s q in-
effabilia eis tribuit bona.Nec autē ſo
lū non dedit ſꝫ etiā habere phibuit.Iō
Petrus nō verecūdatˀ in pauptate di.
Aurū ⁊ argentum non ē mihi.qd ⁊c.
Quartū.s.amare diuitias ⁊ habē.hꝫ
ē ſup deū uel ↄ deū·ita ut habens eas
patus ſit facere cōtra dei mandata ne
amittat:piculoſū ē ⁊ pnitioſū.Et ſm
hꝫ ut ait Iero⁹ nullus diuitū ſalu⁹ erit
ut melius patebit in tertia pte huius
ſermonis.Et ſic pꝫ quid dicēdū ſit de
prima cōcluſione.pateteqꝫ pars prima
hui⁹ ſermonis.

¶ Pars ſecunda hui⁹ ſmonis.in q̄ decla
ratˀ ꝙ auaritia eſt peccatū ſpirituale ⁊
capitale.

SEcūdo in iſto ſermone ponitˀ
iſta dclō ꝙ auaritia eſt pecca-
tū ſpirituale ⁊ capitale.Et de-
claratˀ ſm Alex.ubi ſ.arti.5°.⁊ 6°.p̄ q̄
ad pmā ptem dclonis.ſ.ꝙ auaritia eſt
peccatū ſpūale.Nam Greg⁹ ī fine Iob
numerat auaritiā inter peccata ſpiri-
tualia.Et ideo dicit Alex.ꝙ ſpirit⁹ hu
manus ⁊ ſi ſit diūctus corpi·eſt tn̄ ſe-
parabilis a corpe.Et ideo dupliciˀ po
teſt ↄſiderari.⁊ iuxta hoc etiam poteſt
aliqd dici ſpirituale dupliciˀ.Vel qd
ineſt ſpiritui inqꝫtū eſt ſeparabilis.⁊
ſic ineſt ei inqꝫtuꝫ ſpirit⁹ eſt.⁊ quo ad
hoc dicitˀ cōicare cum natura āgelica.
Et ita peccatū ſpūale quod ineſt ſpūi

humano·ineſt diabolo·ſicut ſuperbia ĩuidia·ita·accidia. Similr̃ dicit̃ ſpũale qđ ineſt ſpiritui inq̃tũ regit corpꝰ ⁊ appetit ea qbꝫ indiget corpꝰ uel quibus indigẽ videt̃. Et iuxta inordinationẽ hꝰ appetitus ſpũale ſumit̃ quod ẽ in auaritia. qm̃ auro uel argento nõ indiget aĩa ꝓpter ſe ſ; potiꝰ ꝓpter corpus. Sed cetera que ſũt ſpiritualia inſũt aĩe inq̃tũ ẽ natura diſtincta a corpore. Q̃ ſi queratur. cũ motus luxurie magis elonget̃ a natura ſpirituali ⁊ plꝰ appropinquet naẽ carnis q̃ȝ motꝰ auaritie· cũ motꝰ luxurie videat̃ poſſe diabolo ineſſe ut patet in demonibꝫ incubis. quare nõ ſimilr̃ motus auaritie? ⁊c. Ad hoc reſpondet̃ ſm Alex. ubi ſ̃ ꝙ in demonibꝫ incubis nõ ẽ motus luxurie ſm ṽitatẽ qm̃ non habẽt corpora vnita ꝑ modũ vniõis ꝑfectionis cũ ꝑfectibili ſ; potiꝰ motoris cũ mobili· ſ; ẽ ibi illuſio ⁊ deceptio. Quis. n. ſcđm doc. poſſint demones ſemen recipere ⁊ refundere· nõ tñ põt illud cõſtituere ſiue ꝓducere. qa corꝑa q̃ aſſumũt non habent vim generatiuã neq; vires naturales. Et eodẽ mõ dicimꝰ ꝙ ĩ auaritia decipit ꝑ creat̃as mundi· iux̃ illud Sap̃. 14°. Creature dei ĩ odiũ facte ſũt. ⁊ ĩ muſcipulã pedibꝫ inſipientiũ. 2° q̃tũ ad ſecũdã ꝑtem ɔclõnis. auaritia eſt vitiũ capitale. Ait. n. Gregꝰ ꝙ auaritia aliqñ orit̃ ꝑ elationẽ· aliqñ ꝑ timorẽ. Dũ. n. qdam ſumptuũ neceſſaria timẽt: mentẽ ad auaritiã relaxãt. Sũt alij q dũ potentiores videri appetũt: ad alienaꝝ rerũ ambitum ſuccendũtur. h̃ ille. Sup qbꝫ ṽbis dĩc Alex. q̃ales ꝙ auaritia ſic uel ſic oriat̃ aliqñ h̃ non ĩpedit qn ſit capitale vitiũ. qm̃ motus timoris aut elationis nõ ſũt in eadẽ vi cũ motu auaritie. qm̃ motus auaritie ẽ in ɔcupiſcibili. ⁊ ĩ motu appetẽdi ⁊ retinẽdi ⁊ nõ dãdi dãda. ſed motꝰ elatiõis potiꝰ ẽ ĩ iraſcibili uel rationali. Ad h̃ ṽo ꝙ non diceret̃ capitale vitiũ ꝓpter h̃ ꝙ oriretur ex illis: oporteret ꝙ illi motꝰ eẽnt ꝑores motu auaritie ⁊ etiã ĩ eadẽ vi. Et ſic pȝ quid dicendũ ſit de ſecũda ɔclõne. pateṫq; ꝑs ſecũda huiꝰ ſermonis.

Pars t̃tia huiꝰ ſermonis. in q̃ declarat̃ qñ auaritia ẽ pctm̃ mortale.

TErtio ĩ iſto ſermone ponitur alia ɔclõ ꝙ auaritia eſt mortalis. Et declaratur ſm Tho. in queſtionibꝫ diſputatis đ malo triplici via. p° rõne eq̃tat̃ quã offendit. 2° rõne caritatis quã excludit. 3° rõne finis quẽ ꝑuertit. p° qdẽ auaritia offendit equitatẽ qñ nocet ꝓximo ꝑ iniuſtã acq̃ſitionẽ· furando· fenerando fraudando ⁊ huiꝰ mõi que ſũt mortalia ex genere ſuo. qa ĩ nocumentũ notabile ꝓximo ⁊ ɔtra iuſticiã. Et nõ ſolũ iſta ꝑpetrare ſ; iſta deſiderare. ſ. appetere res ꝑ illicitas acq̃ſitiones quod ꝑtinet ad auaritiã ẽ mortale. Et đ his ĩtelligit̃ illud Abachuc 2°. Ve his qui ɔgregant nõ ſua. 2° qñ qs ita amat tẽporalia ꝙ ⁊ ſi vidẽt extremas neceſſitates ⁊ ſubleuare poſſet ⁊ nõ facẽt ne minueret̃ ĩ tẽporalibꝫ. Et de his Jac. 4°. Agite nũc diuites· plorate ⁊ vlulate in miſerijs que aduenient vobis. Diuitie veſtre putrefacte ſũt. Aurũ ⁊ argentum veſtrum eruginauit. ⁊ erugo eoꝝ erit vobis in teſtamentũ. ⁊ manducabit carnes veſtras. h̃ ibi. Confirmat iſtã rõnẽ Augꝰ in ſermone de timore dĩ. Qui curis terrenis ſe ĩplicat a deo ſe ſeꝑat. Nũq̃ȝ diuitie ſine pctõ

acq̄rũtur.ſi alter nõ ꝑdit·ali⁹ nõ acq̄rit.gaudet q acq̄rit·triſtat̃ q ꝑdit. Et ibidẽ ſubdit. Quid dicis de illis miſeris diuitib⁊ qui theſauriçãt ⁊ neſciũt cui ↄgregãt.⁊ nec pniãm agũt·nec elemoſynas iuſtas faciũt. Lucrant̃ terrena munera.⁊ perdũt ꝓmia celeſtia. lucrant̃ pecunias.⁊ ꝑdũt aĩas.attendũt q̄cq̄d acq̄rũt ad tẽpus.⁊ nõ cõſiderãt q̄d ꝑdant in eternũ.Tales ceci ſũt⁊ in luce ſe eſſe ſꝑãtes a foris ſe eſtimant claros cũ ſint intus tenebroſi.hec ille.

2° auaritia ẽ mortale rõne caritad quã excludit. Si.n.intantũ diuitiarũ amor creſcat ꝙ preferat̃ caritati dei uł ꝓximi·qđ ↄtingit q̄n facit uel parat⁹ ẽ facere ꝯ deum uel ꝓximũ ut uel habeat uel non diminuat diuitias· puta piurat uł feſta violat·aut decipit ꝓximũ·aut habet aĩuȝ paratũ ad h⁹modi facere ut lucret̃ aut nõ ledat̃ in tempo talib⁊·uel etiã de ſupfluo nõ vult dare neceſſitatẽ patiẽtib⁊·tũc ẽ mortale. Vñ.i.Ioh.3°.dr̃.Qui hũerit ſubam h⁹ mũdi.⁊ viderit frẽm ſuũ neceſſe habẽ ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo·quõ caritas dei manet ĩ illo? q̄ı di.Non habet talis caritatẽ dei.qa facit ꝯcaritatẽ ꝓximi·cũ h̃ ip̃e ꝑcepit.Si q̄s diligit me ſermones meos ſuabit.Et ecõtra. Si q̄s nõ diligit me·ſermones meos non ſeruat.Ioh.14°. Dicũt̃ aũt diuitie ſubſtantia a ſubſtãdo.qa debẽt ſubſtare rationi nõ dn̄ari.Math.6°.Non poteſtis deo ſeruire⁊ mãmone,i,diuitijs. Vbi dic̃ Iero⁹.Nõ dicit:nõ poteſt̃ habere·ſ; ſeruire.Qui.n.ſeru⁹ ẽ diuitiaꝝ eas cuſtodit ut ſeru⁹.⁊ ſic nõ ſubſtant diuitie ſ; ꝑſũt ⁊ dn̄ant̃ talib⁊.Que oĩa ↄfirmat Aug⁹ in lib° de elemoſyna di. O carnale pectus quõ te alta ⁊ ꝓfũda auaritie caligo excecauit.Pecunie tue

captiu⁹ ⁊ ſeru⁹ es·cathenis ⁊ vinculis cupiditatis alligat⁹ es. ⁊ quẽ iam ſoluerat xp̃s denuo vinctus es.ſuas pecuniã.que te ſeruata nõ ſeruat.Patrimoniũ ſeruas qđ te pondere ſuo onerat.Nec meminiſti ꝙ xp̃s reſpõderit diuiti exuberantium fructuũ copiam ſtulta exultatione iactanti.Stulte inquit hac nocte aĩa tua expoſtulat̃ a te. ⁊ que paraſti cuius erũt? Quid diuitijs tuis incubas? quid in penã tuam patrimonij tui põdus exaggeras ut ĩ quo locupletior ſeculo fueris paupior deo fias? Redditus tuos deinde diuide cum dn̄o tuo.Fructus tuos partire cũ xp̃o.Fac tibi poſſeſſionũ terreſtriũ pticipẽ xp̃m ut ille te faciat coheredẽ ſibi regnorũ celeſtiũ. Erras ⁊ falleris q̄ſq̄s ĩ h̃ ſeculo te diuitẽ credis. Audi ĩ Apocalypſi dn̄m deũ tuũ vocẽ hui⁹modi hoĩs increpatiõib⁊ obiurgantẽ. Dicis inq̄t.Diues ſũ·ditat⁹ ſũ.⁊ null⁹ egeo.⁊ neſcis qa tu es miſer⁊ cecus ⁊c. 3° auaritia ẽ mortale rõne finis quẽ puertit. quod ſic ꝓbat̃. Amor eſt boni.Sicut aũt duplex ẽ bonũ.ſ.bonũ ꝓp̃e ⁊ pncipalit̃ dictũ.⁊ ſic ẽ bonũ qđ eſt finis.⁊ bonũ qđ nõ eſt pncipale.ſ. bonũ qđ ẽ ad finẽ: ita ẽ duplex amor ſ.boni·qđ ẽ pncipaliter ⁊ p ſe finis.⁊ amor ſecũdarie ⁊ ↄſequent boni qđ ẽ ad finẽ.Auaritia g̊.put ẽ inordinatus amor tpaliũ rerũ ita ꝙ ĩ eis finis cõſtituat̃ ſp ẽ mortale.Cui⁹ rõ ẽ.qa auerti ab incõmutabili bono ẽ pctm̃ mortale.ſ; cõuerti ad qđcũq; cõmutabile bonũ creatũ ſicut ad finẽ facit auerſionẽ ab incõmutabili bono qđ debet eẽ vltim⁹ finis·eo ꝙ non pñt eſſe plures fines vltimi.g̊ auaritia inq̄ȝtuȝ fruit̃ tẽporalib⁊ bonis ſp eſt mortale peccatũ, Et h̃ mõ dic̃ apl̃s ad Eph.5°·ꝙ omnis

auarus non habet hereditatem chri-
ſti 7 dei.i.nullus auarus qui conſtitu-
it finem in diuitijs. Veniale autē eēt
quādo quis inordinate diligeret tem
poralia citra deum.nec ex hoc trāſgre-
ditur uel parat⁹ ē tranſgredi aliquod
preceptorum. Sed ad clariorem pre-
dictorum in iſta conſideratione noti-
ciam mouentur tria dubia. Quorum
Primū ē. An homo diuitias 7 tem-
poralia bona poſſit appetere ſine pecca
to. Ad qđ reſpondet ſcđm Alex.ubi
ſ.arti. ꝙ qcūq; diuitias ac tēporalia
bona triplici intentiōe ac ꝯſideratiōe
pōt appetere. ꝑ intentiōe uel ꝯſidera-
tione neceſſitatis. qđ 7 laudandū eſt
exemplo ſapiētis Salomonis qui ꝓ.
30. ait dño. Mendicitatē 7 diuitias ne
dederis mihi ſed tm̄ tribue victui meo
neceſſaria. ne forte ſatiatus illiciar ad
negandū 7 dicā: Quis ē dñs? aut ne-
ceſſitate cōpulſus furer 7 piurē nomē
dei mei. Licet quidē ſm̄ Tho. 7 alios
doc. appetē tēporalia nō pncipalit̄ ut
ī eis finē ꝯſtituam⁹ ſʒ ſicut quedā ad-
minicula qbus ad tendendū ad beati
tudinē adiuuamur inq̄ʒtū.s.p ea vita
corpalis ſuſtentat̄. 7 inq̄ʒtū nobis ad
actus v̄tutū organice deſeruiūt ut dic
phs ꝑ ethicoꝝ. Vn̄ Aug⁹ dicit. Ad ſuf-
ficientiā vite nō indecent̄ vult quiſq;
ea. Et in ꝑ li° de ciui. dei. ca° x°. idē ait.
Nam cum dixit aplus. Qui volūt di-
uites fieri incidūt ī tēptationes ꝓfec-
to ī diuitijs cupiditatē rep̄hendit. nō
facultatē quā pcepit alibi. di. Diuiti-
bus hui⁹ ſeculi p̄cipe ſupbe nō ſapere
nec ſperare in īcerto diuitiaꝝ. ſʒ in deo
viuo q p̄ſtat nobis oīa abūdanter ad
fruēdū. benefaciāt diuites. ſint ī ope-
ribus bonis. facile tribuāt. coīcēt. the
ſaurizent ſibi fūdamētum bonū ī fu-

turū ut apprehendāt bonā 7 eternam
vitam. h̄ ille. Et Iero⁹ ad Saluinam đ
nembridio 7 viduitate. ait. Nec diuiti
obſūt opes ſi eis bene vtat̄. nec paupe
rem egeſtas cōmendabiliorem facit ſi
intra ſordes 7 opes pctā non caueant.
Vtriuſq; nobis teſtimoniū 7 Abrahā
patriarcha 7 quotidiana exēpla ſuppe
ditāt. quoꝝ alter ī ſūmis diuitijs ami-
cus dei fuit. alij quotidie in ſceleribus
dep̄hensi penas ſoluūt. h̄ ille. Qualit̄
v̄o diuitijs abūdauerit Abrahā decla-
rat idē Iero⁹ ad Palmachiū. di. Diues
erat Abraham. auro. argento. pecore.
poſſeſſiōe. multāq; familiam habebat
ita ut ad nūciū ſubitū iuuenibus elec-
tis armare poſſet exercitū. 7 q̄tuor re-
ges q fugerāt in Dan ꝯſecutos occide
rit. 7 tn̄ poſt crebrū hoſpitis officium
dum hoīes nō refutat ſuſcipe meruit
deū. hec ille. 2° pōt qs appetere diui-
tias intentione uel cōſideratione an-
xie ſupfluitatis. qđ 7 malū eſt. qa teſte
Iero. ad Demetriadē. Diuitiaꝝ amor
inſatiabilis eſt. expleri neſcit honorū
cupido. Celere res habiture finē. ſine
fine querūtur. Hec qdem anxietas ha
bendi ſupflua non hominē beatū ſed
calamitoſum facit. Vn̄ Sen̄. ad Lucil-
lum. ait. Calamitoſus eſt animus fut̄i
anxius 7 ante miſerias miſer. Sed hec
melius. ī. đ deteſtatione eius dicētur.
3° intentione uel conſideratione vo-
luptatis. quod peius ē. qa peccato aua
ritie addūt̄ peccata gule 7 luxurie. Si-
cut in diuite epulone legitur ꝙ ppter
diuitias plen⁹ voluptatibus fuit. Lu
ce 16° ca°. Ita erit auarus anxius q con-
gregabit ad diſpergēdū. Nam ſcribit̄
Daniel. xi°. đ ipo ꝙ auro 7 argēto abū
dabit. 7 rapinas 7 predas eoꝝ diſſipa-
bit. Et qa nec auaritia nec voluptates

non ſatiant nec impinguant animam noſtram ſed potius in maiori anxieta te reponūt: iō ſaluator noſter in euā gelio hodierno Joh. 7° ca°. ſtabat et clamabat dicēs in p̄dicatione ſua. Si qs ſitit veniat ad me et bibat. q̄ſi di. Non querat extinguere ſitim in iſtis tēporalibus. Ideo ſequit̄. Qui credit ī me ſicut dicit ſcriptura. flumina de vētre eius fluent aque viue. i. diuine gratie in p̄ſenti ſeculo et eterne glorie ī futuro in ſecula ſeculorum. Amen.

Feria tertia poſt dn̄icam de paſſione. de deteſtatiōe et abhominatiōe inique auaritie. Sermo 75

OMne quod eſt ī mūdo aut zc. Iterum ubi s. Ut nata frēs cariſſimi oſtēderet oīa trena calcanda et contēnenda fore. voluit inter creaturas īfimā eſſe terram et ab oīum pedibus conculcari. Idcirco maximum eſt hoc malum q auarus deo preponit illam creaturam quam natura omnibus creaturis voluit poſtponi. Unde primitiui de eccleſia edocti domorum et agrorum p̄cia ut Act. 4° ca°. legitur ponebant ante pedes apoſtolorum. Proinde ī fine illi capli dicit̄. Joſeph attulit p̄ciū agri ſui quem vēdiderat. et poſuit ante pedes aplorum. Qd cōfirmat Jero ad Demetriadē. di. In actibus aplorū qn̄ dn̄i noſtri Jhu xp̄i calebat cruor et feruebat recens ī corde fides vēdebāt oēs poſſeſſiōes ſuas et p̄cia earū ad pedes aplorum p̄ijciebant ut docerēt pecunias eē calcādas. hec ille. Ad rabiem igit̄ auaritie cōpeſcendā. qa ut ait Johānes. Oē qd ē in mūdo zc. ī iſto ſermone p̄babimus auaritiā eē deteſtādam tribus rationibus.

p̄ rōne aggrauationis.
2° rōne infectionis.
3° rōne dſiderationis.

Pars p̄ma hui ſermonis. in qua probatur auaritiā eſſe deteſtandā ratiōe aggrauationis.

PRimo igit̄ ī iſto ſermone dico q deteſtāda eſt auaritia ratione aggrauationis. Quis. n auaritia nō ſit grauiſſimū omniū peccatorum ſimpliciter. attamē ſcd̄m qd eſt magnū et graue peccatum. Ad cui declarationem mouētur hic tria parua dubia. quorum Primū eſt. qualit̄ intelligitur auaritiam non eſſe maximū peccatum. ſed tamen magnum et graue ſcd̄m quid et aliquem reſpectū. Ad hoc reſpondetur ſcd̄m Tho. ſcda ſcde. q. 118. arti. 5°. et Alexandrū ubi s. arti. 9°. q magnitudo peccati poteſt attēdi ex tribus. p̄ ex parte boni quod offenditur uel cōtēnitur. et ſcd̄m hoc tanto peccatum eſt grauius: quanto bonum quod propter peccatum offenditur contemnitur et corrumpitur eſt nobilius uel mai. Et ſic peccatū contra deum eſt grauiſſimum. quia per hō contemnitur ſummū bonum. utputa ſuperna. et q̄tum ad hoc dicitur grauiſſimū. 2° attenditur magnitudo peccati ex parte dāni quod infertur: et ſcd̄m hoc inter peccata que cōmittuntur in proximū tanto peccatum eſt grauius quanto damnū eſt grauius proximo illatum. Unde homicidiū eſt grauius adulterio. et adulterium furto. 3° pōt attēdi magnitudo pctī ex parte boni cui qs inordinate ſubijcit̄. Quāto enī

bonū ē min⁹ tanto peccatū deformi⁹. Cū aūt inter bona humana naturalia ſiue tēporalia ſint mīma qa minora q̃ȝ bona corpis. 7 bona corpis q̃ȝ bona aīe Jō qa appetit⁹ inordinat⁹ auari ſubijcit' mīmo exterioꝝ reꝝ. iō ſm h̄ auaritia ē turpius 7 deformi⁹. Et ꝑpter h̄ dicit' Eccl. x°. Auaro nihil eſt ſceleſti⁹ turpi⁹ uel vilius. ꝑfert. n. bonū cōmutabile mīmū bono icōmutabili ſummo. Et ſubdit' ibidē. Nihil iniquus q̃ȝ amare pecuniā. Qđ itelligit' tripliciter. Jniquus. i. naturali eqtati magis ꝯtrariū q̃ȝ amare pecuniā. ſ. plus debito acquirēdo uel retinēdo. qa ſm cōem legem naturalē nat'e oīa erūt cōia. Vel iniquus. i. inſatiabilius q̃ȝ amare pecuniā. s. inordinate qa nūq̃ȝ ſatiat'. Joh. 4°. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iteꝝ. Vel iniquus. i. inequali⁹. qa auarus cōtēnit bonū eternū ꝑ tēporali. Vñ ſubdit. Hic. n. aīam ſuā venalem habet. i. vitam ſuā naturalē exponens ſe periculis. uel aīam. i. ſpm̄ ſuū. Et ſubditur. Proijcit intima ſua. i. vitā corporalem ſubijciendo 7 nō curando de ea ut lucret'. uel intima ſua. i. v̄tutes oēs abijciēs ut lucret'. uel intima. i. itimos amicos. qa auarus nullū habet amicū. uel intima. i. viſcera pietati 7 miſericordie Vñ Tullius in lib° de officijs. Nihil tā anguſti animi nec tam praui q̃ȝ amare pecunias. Et Saluſtius in catilinario dicit. Auaritia pecunie ſtudiū hȝ quā nemo ſcūs vnq̃ȝ ꝯcupiuit. Et Aug⁹ ꝑ de ciui. dei. ca° 7°. ait. Nō auri vitiū eſt auaritia ſed hoīs puerſe amātis aurū. iuſticia derelicta. que incōparabiliter dȝ auro anteponi. Eſt. n. adeo peruerſus auarus ꝙ ꝑpter pecuniā venūdat ſeipſū. qđ patet ꝑ exemplū quod narrat Valeri⁹ lib° 9°. ca°. de auaritia. s. ꝙ Quintus Caſſi⁹ cū eēt officialis i Hiſpania cepit duos ſatellites q illuc venerāt ad eū iugulandū. Et iſti fuerūt Sili⁹ 7 Calpburni⁹ quos dimiſit certa quātitate pecūie ab eis accepta. O indignū facinus ſi iſti dediſſent certā pecuniam ipſe cōueniſſet cū eis ꝙ trucidaſſent eū. Et ſic patet pmū dubium.

Secūdū dubiū qđ hic mouet' eſt đ ꝑdigalitate. s. an ſit vitium. qđ nō videt'. Prodigalitas. n. aut ē capitale vitiū aut ad aliqđ reducibile. Si ſit capitale. g̃ ad min⁹ erūt octo capitalia. ſed dicit Greg⁹ ꝙ tm̄ ſeptē ſunt. Si ad aliqđ reducibile. querit' ad qđ. Non ad auaritiā cū videant' eē oppoſita. Jtē q̄ eſt rō quare ꝑdigalitas nō ponitur vitium capitale ſicut auaritia. Ad illud dubiū reſpondēdo ſm Alex. ubi s̄. arti. 7°. et Tho. ſcđa ſcđe. q. 118. arti. p°. vtꝝ prodigalitas opponat' auaritie ꝑ ſciendū ꝙ ꝑdigalitas ē vitiū oppoſitū auaritie. 7 pcipue in duobꝫ. ſ. in affectiōe 7 datiōe. ꝑ in affectiōe interius. qa auarus ſuphabūdat pl⁹ debito pecunias diligēs. Prodig⁹ aūt deficit minus debito earū ſollicitudinē gerens. Cui⁹ ſignū ē qa ſollicitudo pua uł magna videt' eē ſignū maioris uel minoris dilectiōis. 2° in datiōe 7 acceptione. qa ꝑdigus excedit in dando 7 deficit in acqrendo 7 retinēdo. Auar⁹ aūt oppoſitū facit. qa ipſe deficit in dando 7 ſupexcedit i accipiēdo 7 i retinēdo. Et iō phus 2° et 4° ethicoꝝ ponit ꝑdigalitatē oppoſitā liberalitati 7 illiberalitati quā nūc auaritiā dicim⁹. 2° notandum ſm Alex. ꝙ nā corrupta q̄ inclinat ad peccatum quia corrupta eſt non inclinat ad dandum omnia quod prodigalitas facit ut ibi ponat finem ſuū. ſed vlterius ut laudetur. ipſe qui

dat uel ut honoreť uel fiat ditioꝛ. Et
ideo prodigalitas cum ſit ad aliud vi-
tiū reducibile nō debet poni capitale.
Qnq̄ꝫ.n. reducit̄ ad hypocriſim. qnq̄ꝫ
ad inanē gloꝛiā. qnq̄ꝫ ad auaritiā ſiue
cupiditatē. 3° aduertendū etiā ſm
Alex. q̄ lꝫ q̄ꝫtū ad ipſos actus opponāť
auaritia ⁊ ꝓdigalitas. nō tn̄ aliqn̄ q̄ꝫtū
ad finē. Utrobiq̄ꝫ.n. ē ɔcupiſcētia rei
tēpoꝛalis. concupīa aūt ē ex indigētia
ſm Criſo. q ait. Concupiſcētia ē indi-
gentie pncipiū. Ratio aūt ꝓpter quā
auaritia ponit̄ capitale nō ꝓdigalitas
ē. qa coꝛꝛuptio nature magis inclinat̄
ad ɔcupiſcentiā ſui quo ad ſufficiētiā
q̄ꝫ quo ad coīcationē alterius. Auari-
tia.n. ut dictū ē. eſt ad retinendū ſibi.
Prodigalitas aūt ad dandū altri. Et iō
ex p̊.s. auaritia ſūt plura mala ⁊ maio
ra. Et idcirco ē tertiū dubiū in ꝓpo-
ſito modo hic querendū.s. qd ſit mai⁹
pctm̄ auaritia an ꝓdigalitas ⁊c. Ad
qd reſpondeť ut elicit̄ ex dictis Alex.
ubi s̄. Et expſſe ſm Tho. ī ſcripto ſup
4° ethicoꝝ. et ſcd̄a ſcd̄e. q. 119. arti. 3°. q̄
auaritia eſt graui⁹ peccatū q̄ꝫ ꝓdigali-
tas. qd ꝓbatur triplici rōne ſic. p̊ rō-
ne ɔtrarietatis. Illud ē pctm̄ grauius
qd v̊tuti magꝭ opponit̄. ſꝫ auaritia ma-
gis opponit̄ liberalitati ⁊ magis ab ea
diſtat q̄ꝫ ꝓdigalitas. qd patet. qa ꝓdi-
gus habet aliqua que habet liberalis. ſ
qa libent̄ dat ⁊ nō d̄ facili accipit. Dif-
fert aūt a liberali. qa neutꝝ eoꝝū bene
i. ſm rectā rationē facit. Et iō ſi ꝓdu-
cat̄ q̄ faciat p̄dicta ſm rectā rationē.
eſſet liberalis ut.s. det qbus opoꝛtet ⁊
non accipiat vnde nō opoꝛtet. ⁊ ad h̄
ꝓducit̄ facilit̄. Auarus aūt in malo cō
uenit cū liberali. g̊ ⁊c. 2° h̄ idē ꝓbat̄
rōne ſanitatis ſic. Illud pctm̄ qd non
multū auget̄ ſed de facili curat̄ eſt mi-
nus graue. ſꝫ ꝓdigus ē de facili ſanabi-
lis a ſuo vitio. tū rōne etatis. qa quā-
to hō magis accedit ad ſenectutem fit
magis pꝛon⁹ ad retinēdū ⁊ nō ad dā-
dū. tū rōne paupꝛtatis q̄ ɔſequitur ex
ſupflua ꝓdigi datione q̄ īpedit ipſam
ꝓdigalitatē ꝓpter impotentiā dandi.
⁊ etiā ꝓpter expientiā defectus. Aua-
ritia aūt ē inſatiabilis ut melius pate-
bit.ī. Et hoc ꝓpter conditionē defecti
ſubiecti. qa humana vita cōtinue ver
git in defectū. oīs aūt defectus ē inci-
tatiu⁹ ad auaritiā. qd patet ꝓpter hoc
qa bona tempoꝛalia querūť ut ſubue-
niatur defectibus humane vite. g̊ ⁊c.
3° idē ꝓbat̄ rōne vtilitatis ſic. Illud
vitiū qd nulli ꝓdeſt eſt graui⁹ illo qd
ꝓdeſt multis. ſꝫ auarus nulli ꝓdeſt qa
deficit ī dando alijs. nec etiā ꝓdeſt ſi-
bi. qa.s. deficit ī expendendo. prodig⁹
aūt multis ꝓdeſt p̱ ſuā dationē. Con-
firmat iſtā rationē phs 4° ethicoꝝ di.
ad lrām. Prodigus multo melioꝛ ē q̄ꝫ
illiberalis.i. auar⁹. qa ꝓdeſt mulct. il-
liberalis nulli neq̄ꝫ ſibi ipſi. Q̄ ſi foꝛ-
te dicat̄. q̄ ꝓdigalitas videtur maioꝛ
q̄ꝫ auaritia ꝓpter hoc qa graui⁹ peccat
q nocet ſibi q̄ꝫ q nocet alteri. iux̄ illud
Eccl. 14°. Qui ſibi nequā eſt. cui bon⁹
erit? ſꝫ ꝓdigus nocet ſibi. auar⁹ nocet
altri. g̊ ⁊c. Ad hoc reſpōdet̄ q̄ differē-
tia ꝓdigi ⁊ auari nō attendit̄ ſm h̄ qd
eſt peccare in ſeipſū ⁊ ī aliū. eo q̄ vtq̄ꝫ
peccat in ſeipſū ⁊ ī aliū. Nā ꝓdig⁹ pec-
cat in ſeipſū cū bona ſua vnde viuere
debet ɔſūmit. Peccat etiā in alteꝝ cō-
ſūmēdo bona ex qbꝫ alijs debēt recte
ꝓuidere. Et ſilit̄ auarus peccat in aliū
quantū in dationibꝫ deficit. ⁊ ī ſeipſū
in ſūptibꝫ. ⁊ non benefacit ſibi ipſi. Et
ideo auarus eſt peioꝛ prodigo. Cuius
ſignū eſt. qa ꝓdig⁹ a multis diligitur.

auarus non ab illo ſed ab oĩbus odit᷑.
De ꝗuitate auaritie ait phs ĩ 4° ethi-
coꝝ. Illiberales .s. auari ſũt q ſc̃dm acce
ptiõeꝫ ſupabũdãt vndiqꝫ accipiẽdo
ut ꝺ meretricio paſti· vſurarij· aleato
reſ· raptores· latrões· oẽs iſti vnde nõ
oportet accipiũt ⁊ quantũ nõ oportet
h̃ ibi. Hoꝝ exẽplũ clare habet᷑ a Vale-
rio li° 9° ca°. de auaritia. Nã ibi int᷑ alia
narrat ꝙ Septimulus ſeruꝰ Cai grac-
chi audito ꝙ in ſeditiõe eiꝰ Opimiꝰ ꝑ
tẽpore conſul fecit ꝓcurari ꝙ qcũqꝫ ſi-
bi Cai Gracchi caput preſentaret ha-
beret tantũ auri quãtũ ponderaret ca
put: abſcidit caput dñi ſui ⁊ ſup qua-
dã lancea ꝑ totã vrbem aſportauit. O
infideliſſimũ ſeruũ q eliquato plũbo
in craneũ capitꝫ illiꝰ infudit ut ãplius
ponderaret. Narrat vtiqꝫ ibi Valeriꝰ
ꝙ cũ qdam romanus ditiſſimꝰ nomi-
ne Luciꝰ minuciꝰ Baſiliꝰ mortuꝰ eẽt
in grecia· quidã notarius ꝯfecit teſta-
mentũ falſũ in quo cõſtituit heredes
Marcũ Craſſũ potentiſſimũ ⁊ Quĩtũ
hortenſiũ eloquentiſſimũ ut lucraret᷑
aliquid ab ipſis. Iſti duo principes lꝫ
nũqꝫ vidiſſent ipſũ mortuũ ⁊ viderẽt
apertam fraudem. tñ ipſam heredita-
tẽ adierũt. O ſcelus execrabile· lumi-
na rei publice romane ornamẽta ciui-
tatis· ſceluꝰ ⁊ auaritiã quã debebãt pu-
nire· inhoneſti lucri acceptatione ſua
auctoĩtate coopuerũt. Et iõ ait Iohes
Criſoꝰ ſup illud Math. 28°. At illi ac-
cepta pecunia. ⁊c. ſic. Ne mireris ſi pe-
cunie milites ſupauerũt q̃ apud diſci-
pulũ tantã oſtenderũt virtutẽ. Nihil
enĩ clauſum conſtat quod auro argen
toqꝫ non pateat. Nihil occultũ ut non
pecunia indagãte ſit cognitũ. hec ille.
Item Rabanꝰ etiã ſup Math. O peſtiſ
maligna auaritie ſp̃ bonis animis de-
teſtanda· qd illeſũ· qd inconcuſſũ di-
mittis? Tu genus humanũ cõfudiſti.
Tu diſcipulũ comitẽ xp̃i ab apoſtola-
tu ꝓcipitaſti. Tu milites cuſtodientes
ſepulchrũ captiuaſti. Nũqd bñ dictũ
ẽ. Pecunie oĩa obediũt ⁊c. Eccliaſtes.
x°. h̃ ille. Cõfirmat etiã iſtã grauitatẽ
auaritie Ambꝰ in li° de Nabothe dete-
ſtãdo ipſos auaros q nõ dant ubi de-
bent dare maxime paupibꝫ dĩ. Sꝫ vos
o diuites auari edificãdo vr̃as vultis
ſupare diuitias· parietes veſtitꝫ· nuda-
tis homines. Clamat añ domũ tuã nu
dus ⁊ negligis. Clamat hõ nudus ⁊ tu
ſollicitus es quibꝫ marmoribus paui-
mẽta tua veſtias. Pecuniã pauꝑ q̃rit
⁊ nõ hꝫ. panẽ poſtulat hõ ⁊ nõ accipit.
⁊ equꝰ tuꝰ aurũ ſub dentibus mãdit.
Sed delectant te ornamenta ꝓcioſa cũ
alij frumenta nõ habeant. Quantũ o
diues iudiciũ tibi ſumis. Populꝰ eſu-
rit ⁊ tu horrea tua claudis. populꝰ de-
plorat ⁊ tu gẽmas tuas v̈ſas. In cuius
poteſtate ẽ. infelix tantoꝝ aĩas a mor-
te defendere ⁊ non eſt tibi voluntas.
totius vitam populi poterat ãnuli tui
gemma ſeruare. hec ille. Et ſic patꝫ ꝑs
prima huiꝰ ſermonis.

¶ Pars ſecũda huiꝰ ſermonis. in qua ꝓ-
bat᷑ auaritiã eſſe deteſtandam ratione
infectionis.

SEcũdo ĩ iſto ſmõe deteſtãda
ẽ auaritia rõne ĩfectiõis. Eſt
n. auaritia ĩfirmitas illa peſſi
ma de q̃ Eccliaſtes. 5°. ſcribit᷑. Eſt ĩfir-
mitas inqt peſſima quã vidi ſub ſole.
Diuitie ꝯgregate in malũ dñi ſui. pe-
reũt. n. in afflictiõe peſſima. Et ut cla-
rius hoc pateat: videamus infirmita-
tes in qbus inducit auaritia. Veꝝ qa

